

90

[Handwritten scribble]

U. q. 32



DIFFERENTIÆ
JURIS COMMUNIS ET WÜRTEMBERGICI
IN CAUSIS
CRIMINALIBUS,

In Peinlichen Sachen /

Quas

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA,

P R Æ S I D E

WOLFGANG-ADAMO Lauterbach/
U. J. D. & P. P.

*Publica placidaque collatione
examinandas,*

In Illustris Collegii Auditorio,
proponit

Friderich von Münchingen /

Ad diem 9. Augusti,

horis matutinis.

T U B I N G Æ,

Typis JOHANN: ALEXANDRI CELLI,

ANNO M. DC. LXI.

DIFFERENTIA
JURIS COMMUNIS ET WURTEMBERGICIS

IN CASIS
CRIMINALIBUS

Ab Johanne Gessner

DIVINA AUSECUTANTE GRATIA

Prætor

WOLFGANG ADAM Gessner

U. J. D. & R. F.

Tabula prætorie collectionis

In Illustri Collegio Auditorio

proponit

Prætor von Württemberg

Tabula prætorie collectionis

tabula prætorie

TUBINGÆ

Typis JOHANNIS ALEXANDRI CELLII

ANNO MDCCLXII



SERENISSIMO PRINCIPI,
EBERHARDO III.
DUCI WURTEMBERGIÆ ET
TECCIÆ, COMITI MOMPEL-
GARDIÆ, DYNASTÆ HEL-
DENHEMII, &c.

RELIGIONIS ET JUSTITIÆ
PROPUGNATORI,
LIBERTATIS & TRANQUILLITA-
TIS VINDICI,

PRINCIPI OPTIMO MAXIMO,

D. D. D.

SERENITATIS ET CELSITVDINIS EIUS

Devotissimus

Friedrich von Wünnchingen.

Vereor, SERENISSIME PRINCEPS, &
magnopere vereor, ne audaciæ & temeritatis alicujus
suspi-

suspicionem incurram, ad TVÆ SERENISSIMÆ
CELSITVDINIS aram dum hasce chartas literatas
depono; maxime cum singulares T. CELSITVDINIS
Virtutes tales sint, ut stupor ex illarum admiratione con-
ceptus calamum sistat, & beneficia in me collata tanta,
ut illorum magnitudo me adigat ad silentium. Verum
quod si superbus ille, & non nisi maxima cupiens Rex,
haustâ de flumine & vicem oblatâ muneris aquâ mirifice
delectatus est: TVA SERENISSIMA CELSI-
TVDO, quæ sua fortuna contenta est, non aspernabi-
tur tenues hasce de Legum Württembergicarum,
ut sic loquar, fontibus libatas guttas; cum sincerissi-
mum devoti obsequii studium aliter & commodius jam
explicare non possim. Age igitur SERENISSIME
DOMINE, ac Clementi, hoc est, tuo vultu, hoc,
quicquid est, accipe & aspice; me verò, quod voto-
rum caput est, principali gratia & posthac complectere.
Vive PRINCEPS MAXIME; Vive & feliciter age, Prin-
cipum decus, & universæ Germaniæ magnum
ornamentum.

Cum DEO!

P R Æ F A T I O.

Naturam non præcipere, ut crimina puniantur, sed quo minus id fiat, non vetare; id ejusmodi esse censetur, ut nullo modo probari possit. Frustra † enim lex Naturæ prohiberet turpia, nisi & gladium, furcam, virgas traderet Judici, quibus puniri juberet transgressores. Est siquidem imperfecta lex omnis, quæ sanctione caret. Annon † Cain fratricida, ante Legem scriptam, ex Lege non scripta, & naturaliter insita, cognovit & malefactum suum, & pœnam ejus. *Genes. 4. vers. 13. & 14.*

Idem † Sacræ litteræ passim clarum & perspicuum reddunt, in quibus de sceleratorum pœnis hæc nobis occurrunt interdicta: Ne parserit ei oculus tuus: Ne miseratus fueris maleficum: Abripias eum ab altari meo &c. *Genes. 9. vers. 5. & 6. Exod. 21. vers. 12. & 14. Lev. 20. vers. 4. num. 35. vers. 31. 1. Reg. 20. vers. 42. Deuteron. cap. 19. num. 12. & 13. V Vilhelm. Zepper. de Legib. Mosaic. libr. 5. cap. 8. num. 4.* Adhæc † terra ipsa per scelera, cædes ac libidines pollui dicitur, nec lustrari expiarive posse, nisi mactatis pollutoribus. *Levit. 18. vers. 25. Num. 35. vers. 33. Esai. 26. vers. ult. Ant. Matth. de Crimin. lib. 48. D. tit. 19. cap. 5. num. 2.*

Quamvis † autem Jus fontes puniendi, ex præcepto naturæ ortum trahat, & ex Jure Gentium confirmationem habeat: non tamen ex iisdem fontibus, sed ex Jure cujusq; Gentis proprio, h. e. Civili, pleræq;

1
Ius fontes
puniendi
est ex jure
naturæ:

2

3

4

5

6

Pœnarū ve-
rò determi-
natio ex ju-
re civili,

A

pœnæ

7
Et quidem
diversis in
locis diver-
sa;

poenæ certam ac determinatâ formam acceperunt, & quidem ex temporis, loci, populi, personarum, geniorum, morum, rerum ac circumstantiarum consideratione, utilitate, necessitate & varietate diversam; ita † ut eadem crimina, in quibusdam Regnis, imo etiam ejusdem Regni Provinciis, levius, in aliis verò gravius puniantur; uti præter experientiam hoc etiam testatur Claudius Saturninus J Ctus, in l. 16. §. 9. ff. de Pœn. ita respondens: *Evenit, ut eadem scelera in quibusdam Provinciis gravius plectantur: ut in Africa messium Incensores: in Mysia vitium: ubi metalla sunt, Adulteratores moneta.*

8
Etia in no-
stro Impe-
rio;

Atque † hoc ipsum hodie quoque passim deprehenditur, etiam in nostro Imperio; ubi Principes & Imperii status plurimi, de causis quoque Criminalibus, vi juris territorialis, propria constituerunt Jura, vid. *Novell. Constit. Würtemb. de An. 1586. sub. dat. 21. Maii. post Ord. Prov. pag. 262. §. 1. ibi: Und in Kraffe unserer habenden Landsfürstlichen hohen Obrigkeit/ nachfolgende Satzung begriffen / etc.* quæ † in illorum territoriis imprimis sunt observanda, & constitutionibus quoque Imperii præferenda; uti etiam præcipit Serenissimus VVürtembergicus Legislator, in *Novell. Const. XIV. de Anno 1621. d. 23. Jun. post Ord. Provin. §. 1. ibi: Und Ihr / die Richter / in denen Fällen / da angeregte unsere Constitutiones, Ordnungen und Rescripten / ein decision geben / in fellung der Urtheil / solche / wie auch das übliche herkommen in unserem Hertzogthumb / jederzeit in guter Auffacht haben: dafes aber keine Special Constitutiones, Ordnungen und Rescripten / noch sondere Gebrauch und Herkommen in unserem Hertzogthumb vorhanden / alsdann nach obangeregter des Heil. Römischen Reichs Halsgerichts Ordnung / oder wa in selbiger*

9
Vbi jura
provincialia
suis in locis
præferuntur
constitutionibus
Carolinis.

ger auch nichts verordnet / den gemeinen geschriebenen
Kaysertlichen Rechten nach / judiciren und urtheilen
sollen.

Etsi enim † omnes Imperii subditi ad observandā
Caroli V. Imperatoris Ordinationem Criminalem suo
modo sint obligati: *art. 1. 61. 105. 150. d. Ord. Crim. Dn.
Joh. Otto. Tabor. in Racem. Crim. ad art. 157. Ord. Crim.
th. 8.* Attamen † tantum abest, ut dicta Ord. Crim.
Provincialia Principum & Statuum Imperii jura pro-
pria, rationi & æquitati non contraria tollat, ut illa
potius expresse confirmet, in *Præf. in fin. ibi:* doch wol-
len wir durch diese gnädige Erinnerung / Churfürsten /
Fürsten und Ständen / an Ihren alten / wolhergebrach-
ten / rechtmäßigen und billichen Gebräuchen / nichts be-
nommen haben. *ibi: Rem. Bullæ. num. 7. Stephan. n. 18.
Carpzov. in Pract. Crim. in Præfat. vers. cum plerumq;:
Facit huc art. 104. ibi: nach guter Gewonheit eines jeden
Lands. dict. Ord. Crim. vid: etiam die Chur-Bayrische
Walefitz-Ordnung / in der Vorred in princip. ibi: doch
ohnbenommen / zc.*

Non † itaq; satis est, cognovisse, quid Ius Civile
Romanum, & novissimum Carolinum, aliorumq; Im-
peratorum, de Causis Criminalibus constituerit: sed
Provincialia quoq; Iura, & Statuum Imperii propria,
atque in hoc Ducatu, etiam Würtembergica scire ne-
cessarium est. Et † cum hæc, Würtembergica sc. in
multis articulis ab illis deflectant, proinde præcipuas
differentias, quæ inter Ius commune & VVürtember-
gicum deprehenduntur, colligere, & publico Erudito-
rum Examini subjicere constitui; quod ut feliciter ce-
dat, faxit DEUS ter Optimus Maximus!

A 2

Quæ

10

11

Quæ ipsa
confirmant
jura statuū
propria.

12

Vnde etiam
horū cogni-
tio perquā
est necessa-
ria.

13

Quæ ipsa est
hujus tra-
ctationis
causa.

Quæ causæ dicantur criminales,

Peinliche Sachen.

DE Causis Criminalibus acturi, ante omnia quid sit Causa Criminalis, eine peinliche Sach / investigabimus. Hanc enim primam cujuscunq; tractationis partem sapientes esse jubent.

² Jure † Civili, omnes causæ dicuntur Criminales, in quibus, **Secundum Jus Civile.** publicæ vindictæ gratia, agitur de hominibus facinorosis coercedis, etiamsi pœnæ non corpori infligantur, sed aliæ leviores imponantur. §. *in Summa. 10. Instit. de Injur. ibi Arnold. Vinn. l. fin. ff. eod. l. fin. ff. de Furt. Jul. Clar. lib. 5. Recept. Sentent. §. ult. q. 1. num. 1. & 2. ** Dn. Carpzov. *in pract. Crim. part. 3. quest. 102. num. 27. & 28.*

³ An † verò vox, *peinlich* / apud Germanos etiam tam late pateat, ut leviores quoque causas, & pœnas comprehendat, de eo non omnium eadem est sententia: uti videre est apud Dn. Reinking. *tr. de Reg. Secul. & Ecclesiast. class. 2. cap. 14. num. 52. & seq.* Dn. Carpzov. *dict. quest. 102. num. 33. & seq.*

⁴ **In lata significatione,** Quamvis † autem negari non possit, hanc vocem *peinlich* / *peinliche Sachen* / aliquando, etiam in Constitutionibus Imperii, late accipi, ut leviores quoque Causas & Pœnas, quæ Corporis afflictivæ non sunt, includat & subindicet. *Ord. Crim. Carol. V. art. 104. in fin. ibi: an Ehren. art. 110. ibi: an seinem Leib / Leben oder Ehren peinlich gestrafft. art. 113. ibi: der soll zu peinlicher Straff angenommen / Ihm das Land verboten / oder an seinem Leib / ic. Ord. Camer. Imper. part. 2. tit. 28. §. Item Nachdem. ibi: daß hinfürder in peinlichen Sachen / die Leibstraff auff Ihnen tragen: Et paulo post: daß in peinlichen Sachen / auch Leibstraff belangend / ic. ubi particula Implicativa auch / satis ostendit, dari etiam alias causas criminales, andere peinliche Sachen / quæ nullam pœnam corporis afflictivam merentur. Dn. Reinking. *dict. loc.* Dn.*

Dn. Joh. Ott. Tabor. in *Racem. Crim. ad art. 157. Ord. Crim.*
th. 5. Dn. Carpzov. dict. quaest. 102. num. 60.

Certum † tamen est, quod apud Germanos, maximè in foro Saxonico & Wirtembergico, illæ tantum Causæ, in stricta, genuina & propria significatione Criminales, peinliche Sachen/ dicantur, in quibus Judex etiam pœnam corporis afflictivam, verb. grat. ultimum supplicium, fustigationem vel membri abscissionem, imponere potest, welche eine Leib oder Lebensstraff nach sich zihen: *Würtemb. Lands. Ord. tit. 89. §. 4. pag. 188. & seq. tit. 94. §. 4. pag. 203. & seq. Novell. Constitut. Würtemb. I. de Anno 1586. §. auff den Fall. 8. post Ord. Provinc. pag. 264. §. da aber Personen. 10. pag. 265. §. wann aber jez gehörter. 23. pag. 270. Unde † etiam in Novell. Constit. Würtemb. XIV. de Ann. 1621.*

5
 In stricta & propria significatione,
 Secundum jus Württembergicum,

§. wann nun. 5. post Ord. Provinc. pag. 359. & seq. Accusatori certa formula præscribitur: daß er in Peinlichen Sachen/ rechtlich begehren soll/ mit Verheil und Rechte in principali zu sprechen/ daß der peinlich beklagte/ Ihme selbst zur Poen/ und andern seines gleychen zu einem abscheulichen Exempel / an Leib oder Leben gestrafft werden solle. Inprimis † verò hanc sententiam confirmat singulare Serenissimi Ducis Württembergici Rescriptum, de An. 1644. d. 31. Maii, quo disponitur, quod, licet delictum aliquod commissum, & Præfectis mandatum fuerit: daß sie den Reum über das factum beklagen / und rechtlich begehren sollen/ selben vermög der Rechten / ernstlich und Exemplarisch abzustrafen: ipsi tamen Processum Criminalem, eine peinliche Rechtsfertigung / instituere haut debeant; nisi in mandato Vox illa, peinlich/ expresse addita reperiat. Ex † quibus satis evidenter apparet, non omnes Causas, in quibus agitur adversus delinquentes, ad pœnam & vindictam publicam in hoc Ducatu Criminales esse.

6
 In quo Formula criminalis petitionis præscribitur;

7
 Et accusatio criminalis, ab accusatione super facto distinguitur.

De † foro Saxonico & aliis locis idem tradit Ernest. Cothmann. *Respon. Academ. 1. num. 191. & seqq. Coler. part. 1. decis. 22. num. 2. & seqq. Math. Stephan. in præfat. Ordin. Crim. Carol. V. num. 16. Befold. in thes. præct. voce peinlich. & in tr. de Appell. cap. 7. num. 4. fere in fin. Ruding. libr. 4. observ. 2. num. 1. Petr. Frid. Mindan. libr. 1. cap. 9. §. 12. num. 22. Petr.*

8

9
 Secundum jus Saxonicum;

Theodor. in Colleg. Crim. disp. 10. thes. 2. lit. D. Carpzov. pract. crimir. part. 3. quest. 102. num. 43. & seqq. & in tr. de process. tit. 1. art. 4. num. 1. Joh. Jac. Speidel, in Specul. jurid. polit. voc. **peinlich** Bericht. Unde † etiam Dnn. Scabini Lipsienses responderunt: Seyn in ewers Junckern Berichten / die Vnderthanen / allein in **peinlichen** Sachen / die Vnkosten zutrugen schuldig / so werden dardurch / inhalts Sächsischer Rechte / die jentige Sachen verstanden / so zu **peinlicher** Bestrafung / als Leibs und Lebensstraff gereichen / die Bürgerlichen Straffen aber / als da seyn Landsverweisung / Gefängnis / oder Geldstraffen / mögen darunder nicht gezogen / noch under die **peinliche** Sachen mit verstanden werden. B. N. W. Carpzov. d. quest. 102. num. 53.

10 De quo Scapinorū Lipsiensium Responsum. Hinc † etiam Tortura, quia infertur Corpori, appellatur **peinliche** Frage. Art. 20. & seqq. Ord. Crim. Ernest. Cothmann. Resp. Academ. I. num. 191.

11 Tortura appellatur **peinl. Frag.** Illud † tamen, ut **Causa** dicatur Criminalis, **peinlich** / necessarium non est, ut semper & præcisè secum trahat pœnam corporis afflictivam, sed sufficit, si ita sit comparata, ut pœna quoq; corporis afflictiva, in illa probabiliter locum invenire possit.

12 Priorum declaratio. Hinc † etiam **Causa Criminalis** vocatur, & **Processus Criminalis** decernitur, licet in Jure nullam certam & definitam habeat pœnam; modo factum tale sit, vel tales indicentur & denunciuntur circumstantiæ aggravantes, ut, si probatæ fuerint, Judicis arbitrium ad pœnam corporis afflictivam Jure procedat. **Würtemb. Lands. Ord. tit. 92. §. 10. pag. 200.** In † Processibus enim decernendis, creditur probabilibus denunciationibus, & Accusatorum relationibus. Et officium illorum, penes quos est, tales processus decernere, in eo duntaxat vertitur, ut cognoscant, an factum sit ejusmodi, ut si postmodo in Processu probetur, pœna corporis afflictiva jure imponi possit. vid. Vult. de Judic. libr. 2. cap. 1. num. 60. & seqq.

13 An causa, cujus pœna est arbitraria, sit Criminalis. Cæterum † si **Causa** suâ naturâ quidem sit Criminalis, **peinlich** / ex ipsis actis autem Inquisitionis appareat, Judicem propter singulares circumstantias, crimen minuentes, ad pœnam corporis afflictivam devenire non posse, tunc **Processus Criminalis** non

non



non decernitur, sed Præfecto tantum mandatur, daß er den Kläger über das factum beklagen soll. per Rescriptum supr. citat. de Anno 1644. d. 31. Maii.

Quo † ipso casu etiam solennitates Processus Criminalis omittuntur. Nec Reus per campanulam criminalem, durch Leitung des Malefiz-Glöcklins/ ad Judicium vocatur. d. Rescript. Hujusmodi † enim citatio, certa est nota Judicii Criminalis: quamvis illa interdum, etiam in causis verè Criminalibus, ex singularibus rationibus, per modum dispensationis, solâ tamen Serenissimi Ducis Gratia remittatur, vel suspendatur, hisce verbis: Jedoch noch zur Zeit ohne Leitung des Malefiz-Glöcklins.

Illud, † hoc in loco, silentio prætereundum non est, quod nostro Würtembergico Jure, stare in numellis, an dem Halsfelsen/ oder Branger stehen/ vel in conspectu populi, ignominia lapidem circumferre, den Lasterstein tragen / pro pœnis Criminalibus habeatur; & per consequens, causæ illæ, in quibus hæ pœnæ imponendæ veniunt, etiam Criminales dicantur. Würt. Lands. Ord. tit. 94. §. wa aber ein Ehegemächte. 3. pag. 203. Novell. Constit. Würtemb. I. de Anno 1586. §. da sich dann. 15. ibi: auff gleiche Beflagung. post Ord. Prov. pag. 267. ubi accusatio ad hæc pœnas comparatur cum accusatione præcedente ad fustigationem; quæ sine omni dubio est corporalis. Atque † prædictas duas pœnas corporalibus quoque annumerat Matth. Coler. part. 2. decis. 240. num. 3. & ibi: Pensold. in addition. quamvis contrarium doceat Carpzov. pract. crim. quæst. 129. num. 51. & seqq.

I I.

De Processu, qui in causis criminalibus observatur.

In Causis Criminalibus tractandis & dijudicandis, jure communi, duplex observatur procedendi modus: I. per viam accusationis, & II. per viam inquisitionis; ubi † scilicet Judex, ex officio, in Reos inquirat, atq; animadvertit, licet nullus criminis accusa-

16
De citatio-
ne crimina-
li, durch
das Male-
fiz-Glöck-
lein.

17
18
An Bran-
ger stehen/
oder den
Lasterstein
tragen / an
sint pœnæ
criminalis.

19
Iure com-
muni.
2
accusa-

accusator adsit. *l. Praeses 3. l. congruit. 13. ff. de offic. Praesid. cap. 21. & 24. x. de Accusation. & Inquisition. art. 214 & 219. Ordin. Crim. Carol. V. Carpzov, pract. Crim. part. 3. quaest. 102. num. 27. & seqq.*

- 3
Quo Accu-
fatoris erat
frequentis-
simus;
- 4
Hodierno
autem ra-
rissimus,
- 5
Inquisito-
rius vero
ordinarius.
- 6
De jure Wir-
tembergico,
in leviorib9
observatur
inquisitoris;
- 7
In graviori-
bus vetò,
prævia ge-
nerali inqui-
sitione,
- 8
Processus
Accusatoris.
- Et † quamvis Accusatio olim erat frequentissima, & ordi-
naria vindicandorum criminum ratio: Inquisitio autem, quoniam
rarior, quasi extraordinarius peragendi Reos modus. Ant. Matth.
de Crim. ad lib. 48. Digest. tit. 20. cap. 1. num. 1. & 2. Hodie
† tamen, multis in locis, rarissimus est Accusationis usus; In-
quisitorius verò processus frequentissimus; Joh. Brunnemann. *tr.*
de Inquisit. Process. cap. 1. num. 20. Georg. Ludov. Lindenspür. *ad*
Ordin. Provinc. Würtemb. pag. 470. num. 2. Just. Oldekop. *observ.*
Crim. tit. 2. observ. 3. num. 1. Ita † ut hic quoque, Inquisito-
rius scil. processus, ex generali fere consuetudine, pro ordinario
habeatur remedio. Benedict. Carpzov. *in tr. von Inquisition und*
Achts Processen in Procem. & in pract. Crimin. part. 3. quaest. 103.
num. 50. & seq. Just. Oldekop. *d. observat. Crimin. 5. tit. 2. ob-*
serv. 3. num. 6.
- At † in hoc Würtembergico Ducatu, leviora delicta & cri-
mina, quorum poena tantum est pecuniaria vel carceris, licet etiam
à Præfectis, & aliis Serenissimi Principis Magistratibus, ex officio,
sine judiciali accusatione, puniantur; *Novell. Constit. Wirtemb. I.*
de Anno 1586. §. 1. ibi: welche von Ampts wegen ohne rechtliche
Beflagung ic. S. nach dem sich auch. 13. & seq. §. dem allem nach.
28. ibi: da ex officio, ohne rechtliche Erkenntnis ic. Et † in graviori-
bus atq; causis Criminalibus quoque, Inquisitio summaria & præ-
paratoria, ex officio instituat; qua Judex summam in Crimen,
ejusq; Authorem inquirat, & auditis testibus injuratis, examinato
Reo suspecto, corpore delicti, si existit, inspecto, aliisque & facti
circumstantiis, & personarum qualitatibus probe exploratis & an-
notatis, omnia superiori Justitiæ Consilio denunciatur, & quid por-
ro in causa faciendum, exinde expectat. *Novell. Constit. Wirtemb.*
XIV. de Anno 1621. §. wann dann zum dritten. 3. & seq. §. So
aber. 4. Attamen † specialis & plenaria inquisitio, per quam
Judex usque ad sententiam, & ejus executionem ex officio proce-
dit, in

dit, in hisce delictis gravioribus & Causis Criminalibus, à foro Württembergico recessit; ita ut Magistratus hujus Ducatus, sine judiciali accusatione, cognitione & sententia, neminem morte, vel publica pœna corporis afflictiva coërcere & punire possint, uti videre est in Transactione Tubing. de Anno 1514. & illius declaratione & confirmatione de Anno 1520. §. Es soll auch niemand in peinlichen Sachen / wo es Ehr / Leib oder Leben anrufft / anders dann mit Urtheil und Rechte gestrafft oder getödt / sondern etnem jeden nach seinem verschulden Rechtes gestattet werden / de Anno 1522. §. und als im Vertrag. ibi: ob Sach were / daß jemand verurtheilt wurde / in Sachen / die Ihm sein Leib oder Leben betreffen möchten / ic. doch mit rechtlicher Vor. Erkenntnis / ic. de Anno 1551. §. als oben im Vertrag de Anno 1599. §. In dem auch für das dritte. Hinc † passim quoque in Ordinatione Provinciali, & Novellis Constitutionibus Württembergicis, ubi pœna mortis, vel alia corporis afflictiva constituitur, ibi etiam, ut Judicialis cognitio & sententia præcedat, requiritur. Lands. Ord. tit. 94. §. so aber einige 4. ibi: die sollen peinlich beklagt / und mit Urtheil und recht / dem Nachrichter an die Hand erkant / ic. & seq. §. und ob sich. 6. ibi: sollen / wie obsteht / für Recht gestellt / zum Tod verurtheilt / und gericht werden. tit. 96. §. solches & seq. §. und so Batter. pag. 207. & seq. Novell. constit. 1. de Anno 1586. §. Ferner so ein Mannsperson. 7. & seqq. 8. 9. 10. 15. 17. 21. 23. ibi: Nach außgeübtem peinlichen Proceß. §. 24. & aliis seqq.

Et † quamvis simplex Relegatio, sine positione ad numellas, corporalis & criminalis pœna non sit: Benedict. Carpzov. pract. Crim. part. 3. quest. 130. num. 13. & seq. vid. tamen. Würtemb. Lands. Ord. tit. 27. §. Nach dem. 27. junct. præced. §. 25. & 26. In † hoc tamen Ducatu regulariter Judices, nec ad talem relegationem, sine judiciali & ordinaria Accusatione atque cognitione procedunt. Novell. Constit. Württemberg. 1. de Anno 1586. §. wann auch solche 4. ibi sollen sie unsers Herzogthumbs / mit rechtlicher Erkenntnis verwisen / und darauß geschaffet werden. add. §. und ob sich. 3. tit. 95. Lands. Ord. Dixi † autem regulariter hoc observari: absolutè enim, & in omnibus omnino casibus, hoc non

9

10
Qui regulariter requiritur etiam ad relegationis pœnam.

11

12
Exceptio.

B vide-



videtur necessarium, sed simplicem relegationem quandoq; sine ordinario Processu decerni posse, probare videtur textus *Ordin. Provinc. tit. 27. §. wa aber. 25. pag. 65.* ubi Principis Officialibus permittitur facultas Reos in casu ibi proposito ex officio relegandi, etiam sine præscitu & decreto Serenissimi Ducis, contra regulam propositam in §. dann unsern Vnderthanen. 31. tit. 27. *Lands-Ordn. p. 67.*

- 13 **Ratio juris Württembergici respicit publicam utilitatem.** Prædicta † autem omnia prudentissimo Consilio in hoc Ducatu ita constituta sunt; & quidem partim ob utilitatem publicam; ne delicta maneant impunita, contra *l. ita vulneratus 51. §. 2. ibi: Cum neq; impunita maleficia esse oporteat. ff. ad L. Aquil.* Sunt enim Judices ex officio procedentes, interdum negligentes, nec satis circumspecti, non dicam suspecti; proinde multum refert, ut
- 14 **Accusator accedat, Judici suo modo assistat, probationes & indicia suppeditet, & Processum suo vel boni Advocati consilio adjuvet.** *Oldekop. tr. 2. Contra Carpzov. decad. 1. quæst. 2. num. 23.*
- 15 **Partim † verò in favorem Reorum; utpote qui ut plurimum non intelligunt, in quibus facti circumstantiis, defensionis suæ fundamenta consistunt, nec defensiones suas, vel propter simplicitatem, vel terrorem proponere queunt; art. 47. ibi: daß mancher auß Einfalt oder schrecken nicht für zuschlagen weißt / ob er gleich un-schuldig ist / wie er sich des entschuldigen und außführen soll. Ord. Crim. Carol. V.** Et † cum Magistratus quoque, multis in locis, Juris & harum rerum sint imperiti, nec satis circumspecti, accidit inde haut raro, dum illi defensoribus destituuntur, hi vero per viam inquisitionis, intempestivo & imprudenti Zelo, ad tormenta, gladium, furcam & ignem celeriter properant, fort zu Loch und Sewr. vid. Parthen. Litigios. lib. 1. cap. 14. n. 33. *Carpz. pract. Crim. part. 3. q. 116. n. 11.* ut, teste ipsa rerum Magistra experientia, gravissime & periculosissime peccetur, & interdum profuso innoxio sanguine terra contaminetur; quod † ipsum tamen in Processu Accusatorio, tam facile metuendum haut est, utpote in quo, audita accusatione, Reo, etiam non petenti Advocatus datur, à quo facti circumstantiæ explorantur & proponuntur; testes tam super Rei interrogatoriis & defensionalibus, quàm Accusatoris arti-
- 17 **Processus n. Accusatoris est tutior atque securior, quàm inquisitorius.**

articulis ordine & distinctè examinantur, ac tandem omnes facti circumstantiæ atq; Personarum qualitates, mutuis disputationibus, accurate & plenissime ventilantur.

Et † quamvis Causæ Criminales per viam Inquisitionis citius atque minoribus sumptibus finiantur, quàm per viam Accusationis; Bened. Carpzov. *pract. crim. part. 3. quæst. 103. num. 43.* atq; † in hisce causis sine longa mora Judices procedere jubeantur in *Art. 77. Ord. Crim. Carol. V. Novell. Constit. Würtemb. I. de de Anno 1586. §. 1. fere in fine ibi: zu schleiniger Erörterung.* ut † aut convictos velox pœna subducatur, aut liberandos diuturna custodia non maceret. *l. de his. 5. C. de Custod. Reor.* Attamen † cum in hisce causis agatur non de glande legenda, non de calce fodienda, non de oleo, vino vel tritico legato, sed de fortuna, fama & sanguine hominis, *art. 1. Ord. Crim. Carol. V. ibi Indisen grossen Sachen / welche des Menschen Ehr / Leib / Leben und Guth belangen:* proinde † in arduis hisce causis, nulla cunctatio nimis longa. Ubi enim majus periculum, ibi cautius agendum. Et melius est, nocenti plus temporis ex abundantia indulgere, quàm ei ex processu coarctatione præjudicium inferre; & satius est sumptus pro Rei defensione erogare cum benedictione divina, quàm ut nimium properando Reus innocens pereat maledictione relicta; maxime cum causâ Reorum semel vulneratâ, postea ut plurimum frustra remedium quæratur. Judices † itaque in arduis hisce Causis procedere debent *schleinig! jedoch bedächtig!* uti loquitur *Novell. Constit. Würtemb. XIV. de Anno 1621. in pr.* Unde † etiam sapientissimi Romani causis criminalibus expediendis, non triduum aut octiduum, sed biennium constituerunt *l. 13. pr. C. de Judic. l. f. C. Ut intr. cert. temp. Crim. quæst. termin.* Neque † alias, quàm inutiles & captiosas dilationes prohibet Carolus V. Imp. *in dict. art. 77. ibi: und gefährlich nicht verzogen vid. art. 100. dict. Ord. Crimin. & art. 47. fere in fin. ibi: oder der unschuldig wider Recht nicht überellet werde.*

Summis † itaque laudibus meritò extollendi sunt hujus Ducatus Legislatores sapientissimi simulq; æquissimi, qui hoc Justitiæ & Misericordiæ opus (vid. *can. disciplina. 9. distinct. 54.*) ita moderantur,

18
Quamvis
Inquisitoris
expeditior.

19

20

21

22

Hic tamen
securior via
est præfe-
renda.

23

24

25

26

derantur, & summa cura prospiciunt, ut delicta puniantur, Reus vero defensio, omni Jure ipsis debita, non denegetur; nec quicquam aut durius, aut remissius, quam causa poscit, statuatur, secundum monitum Marciani Jcti in *l. Perspiciendum 11. ff. de Poen.*

27

Atque † hoc ipsum, processum scil. accusatorium inquisitorio securiorem ac tutiorem esse, agnovit etiam Elector Brandenburg: Joachimus Fridericus; qui in *Recessu de Anno 1602. art. 20.* disposuit: Und auff das unsere Underthanen / desto mehr auch in dem Werck spühren / daß wir niemand zu Ungebühr mit Straffen zu belegen gemeinet / als haben wir gnädigst bewilliget / im fall Jemand / was Stands oder Würden er were / welcher als Straffbar angegeben / sich duncken liesse / daß ihm durch des Fiscals summarische Inquisition zu vil geschehe / und sich auff dieselbe mit uns der Straffen halber nicht absünden würde / sondern seine Unschuld aufzuführen vermeinte / und lieber einen ordenlichen Proceß begehrete / daß alsdann eine unpartheiltige Causæ cognition angestellt werde / dergestalt / daß der Fiscalis seine Klage gerichtlich anbringen / darauff der Beklagte gehört / Beweis und gegen Beweis geführet / oder nothdürfftige Erkundigung auffgenommen / und endlich darauff rechtliche Erkenntnis ergehen und erfolgen solle. referente Johanne Brunnemanno: *tr. de Inquisitionis Proceß. cap. 7. num. 43.*

III.

De Processu in puncto torturæ observando.

I
De jure cō-
muni;
Sicuti autem, Jure Communi, Judex licite per viam Inquisitionis, in causa principali, ad quorumcunq; Criminum poenam ex officio procedit: ita per eandem viam, & ex officio, quaestionem quoque criminalem decernit, & Reum suspectum torturæ subjicit. *art. 46. ibi:* So man den Gefangenen peynlich fragen will / von Amptswegen / oder auff Ansuchung des Klägers. *Ord. Crim. Carol. V. Dn. Georg. Ludov. Lindenspür. ad Ord. Provinc. Württemberg. pag. 475. num. 12. pr.*

2

At † in hoc Württembergico Ducatu, Reus per viam inquisitionis:

sitionis, & ex officio ad quæstionem criminalem non est condemnandus, vel torturæ subjiciendus: sed in hoc quoque puncto requiritur, ut accusator torturam petat, indicia sua proponat atque probet, ac Rei quoq; excusationes & defensiones prius audiantur; adeo † ut licet ex actis indicia ad torturam sufficientia appareant, Judex tamen ex officio torturam, ab Accusatore non petitam non decernat, sed potius per interlocutoriam ita pronunciet: daß der Beschluß ex officio rescindirt/und was jederthell zu vorstād seines Rechts beweisen wolle/solches gehört und alsdann ferner was Recht ist ergehen solle: Hac † interlocutoria publicatâ Accusator admoneatur, ut torturam decerni & adhiberi petat, uti præter quotidianam observantiam testatur laudatus Dn. Lindenspür. *dict. loc.* quo † facto, causa torturæ in judicio inter Accusatorem & Reum plene atque diligenter ventilatur, & à Judice examinatur; ac tunc demum tortura, si reus nihil probaverit quod ipsum à tortura liberare possit, tali sententia decernitur P. P. daß zu Erlernung der Wahrheit / peinlich beklagter / peinlich gefrage / oder mit der peinlichen Frag angegriffen werden solle. Lindenspür. *dict. loc.* Et hoc secundum declarationem & confirmationem Transact. Tubing. de Anno 1520. §. und als im Vertrag. de Anno 1551. §. als oben im Vertrag. *Novell. Const. Würtemb. XIV. de An. 1621.* §. so vil nun zum achten den processum tortura in specie anlangt/auff den fall selbtige wider einen Ubelthäter rechtlich erkant.

Idq; † ne Reus in hoc arduo & periculosissimo torturæ negotio nondum auditus, ad quæstionem criminalem condemnetur, atque sic ipsi, indicia accusatoris contrariis fundamentis elidendi, suasq; exceptiones opponendi facultas adimatur, contra æquissimam sanctionem Imperatoris Caroli V. in art. 28. & 47. *Ordin. Crim.* vid. Oldekop. *lib. 4. observ. Crim.* 2. Mantz, Stephan. & Bulæ. *ad dict. art. 47.* ubi scribit, etiam ante torturam Reo defensionem concedendam; ne imitemur illos, qui furem strangulari curant, & deinde disquisitionem instituunt.

Hinc † etiam de jure communi, judicem, coram quo agitur Processu accusatorio, torturam ab accusatore non petitam decernere non posse, post Hippol. de Marsil. *tradit. Bocer. tr. de quæst. & Tortur. c. 3. n. 6.*

De Jure
Würtembergico; quo
tortura non
nisi petente
Accusatore
decernitur.

3

Et si suffici-
entia indi-
cia ex actis
appareant.

4

5

6

Ejus ratio.

7

B 3

Et

8 Et quamvis † sint, qui existimant, quod processus Accusatorius, si tortura decernatur, mutetur in processum inquisitorium. Benedict. Carpzov. *pract. Crimin. part. 3. quest. 106. num. 97. & q. 107. n. 58. & seqq. & in tr. de Process. tit. 1. art. 4. n. 24. & 25.* Joh. Brunne- man. *tr. de Inquisit. Process. cap. 1. n. 21.* contrarium tamen non tantum exinde apparet, quod & in puncto torturæ, & postea etiam in causa principali, sententia formetur: daß in peinlicher Rechtfertigung/ sich haltend zwischen D. N. Anklägern eines ic. Item auff Klag/ Antwort/ ic. sed insuper perspicue satis probatur per textum in *art. 45. 46. & 47. in fin.* uti hoc pluribus probat, & ad contraria respondet Oldekop. *in tr. 2. contr. Carpzov. decad. 1. quest. 6.*

9 De privatis Judicium relationibus. Cum † itaq; in hoc Ducatu in causis criminalibus, tam quoad quæstionem, quàm quoad pœnam criminalem decernendam processus accusatorius sit observandus, sua sponte sequitur, peccare Judices, qui, dum acta Criminalia, JCtis, pro concipienda sententia transmittunt, simul in epistola petitoria, nonnullas facti circumstantias, vel personæ qualitates addunt, & denunciant, de quibus tamen in Judicio inter partes actum est nihil. Unde † nec JCti privatas illas Judicum relationes, in concipienda sententia attendere, sed, ut illæ legitime in judicio proferantur, & partes quoque super illis audiantur, rescribere, vel illas plane negligere debent, per ea, quæ tradit Oldekop. *dict. tr. 2. decad. 1. quest. 7.* quo etiam optime facit *l. 1. & 2. C. de Relationib. Dn. Hahn. disp. 16. de Jur. Forens. thes. 24.*

IV.

An in causis criminalibus, Magistratus Municipales, Judices sint competentes.

1 Jure Civili Magistratus municipales, in causis hisce criminalibus, nullam habent judicandi & exequendi potestatem. *l. 3. l. 4. §. qui Universas ff. de offic. Præs. l. 1. l. 7. de defens. Civitat. Nov. 15. cap. 6. §. 1. Bocer. tr. de Jurisdic. cap. 8. num. 89.*
Et mu-

- Et municipiis † quibuscunq; merum Imperium & Jus gladii non
 meliori consilio concedi, quàm pueris ferrum acutum, scribit Bal-
 thasar Conradus Zahn, in *Ichnographia Municipali cap. 6. num. 18.*
- Hisce † n. causis criminalibus Judices præficiendi sunt non tantum
 integri, probi & honesti, sed etiam singularis prudentiæ & expe-
 rientia viri, maxime vero Juris scientia imbuti; vid. Carpzov.
*pract. Crim. part. 3. quaest. 116. num. 5. & seqq. Stephan. & Bullæ,
 ad art. 1. ord. Crim. quales rarò in minoribus reperiuntur muni-
 cipiis. Unde † optimum remedium creditur, si in singulis Pro-
 vinciis, duo, tria vel quatuor constituerentur Judicia criminalia,
 ac singulis tres viri Legales, ac rerum criminalium peritissimi præ-
 ficerentur. Author Discursus vom Justitzen Werck pag. 58. Parthen.
 Litigios. lib. 1. cap. 12. num. 12.*
- Hisce † tamen non obstantibus, in hoc Würtembergico
 Ducatu, etiam inferioris ordinis Municipia criminalem habent Ju-
 risdictionem, eandemq; in Processu accusatorio, suo nomine ex-
 ercent. *Novell. constit. Würtemb. I. de Anno 1586. §. 1. Sondern
 auch Ihr vom Bericht/ ic. & §. seq. dem allem nach 28. ibi: In ü-
 brigen casibus aber Ihr vom Bericht dise unsere Satzungen/ in ewe-
 ren Erkantnissen/ für eine Richtsch nur manuduction dergestalt hal-
 ten/ damit Ihr in fällung aller ewerer Urtheilen/ ic. Bocer. tr. de
 Jurisd. cap. 8. num. 90. Unde † etiam sententiæ criminales
 quandoq; ita concipiuntur. P. P. Erkennet ein Ehrsam Gericht/
 auff Klag/ Antwort/ Red und Widerred/ auch all ander gerichtlich
 Fürbringen/ nach gerhanem Rechtsas genömenem bedacht/ und ge-
 habtem Raht/ mit Urtheil zu Recht/ ic. Besold. part. 6. consil. 289.
 in fin. & consil. 293. in fin. consil. 246. in fin.*
- Ne † vero simplicitate vel imprudentia peccetur, variis re-
 mediis prospectum est: ut nimirum in omnibus Judiciis, ordina-
 tiones criminales Carol. V. Imperat. & Provinciales habeantur, &
 ab illorum assessoribus diligentissime legantur, atque accuratè ob-
 serventur. *Sandtags Abschied de Anno 1551. §. dann und zum vterten.
 Novell. Constit. Würtemb. XIV. de Anno 1621. §. Erstlich nun.
 Deinde † ut commisso delicto, & generali atq; preparatoria in-
 quisitione finita, causa cum omnibus suis circumstantiis, & Rei
 quali-*

2
Ratio

3

4
Remedium

5

De jure Wir-
tembergico,

6

7
Cautiones.

8

- qualitatibus, ad Serenissimi Ducis Consiliarios prudentissimos, simulq; Rerum Criminalium experientissimos referatur, & inde, quomodo in causa ulterius procedendum, responsum expectetur. *dict. Novell. Constit. de Anno 1621. §. wann dann zum dritten in fin. ibi zu unserer Cangel/ und sich weitem Proceß halber Bescheids erholen.*
- 9 Porro † si in ipso processu accusatorio, vel ratione processus, vel ratione ipsius causæ atque pœnæ determinandæ dubium oritur, remittuntur causarum criminalium Judices ad Amplissimum Jctorum hujus Universitatis Collegium. Landtags Abschied de Anno 1554. d. §. dann und zum vierten. *in fin. ibi: darneben lassen wir uns gnädiglich wolgefallen/ es ist auch unser gnädiger Will und Meinung / wann in den Gerichten / dieses unsers Fürstenthumbs/ sich Malefiz Sachen zuragen/ darinnen die Richter was Bedenkens oder Zweifel haben/ daß sie deßhalben bey unser Juristen Facultät zu Tübingen Rath suchen/ die dann von uns Befehl haben / den Gerichten in dergleichen Sachen getrewlich zu rathen.*
- 10 Ratio † additur in dem Landtags Abschied de Anno 1565. §. diereit aber in eilichen *in fin. ibi* damit niemand verkürzt/ vernachtheilt und beschwehrt werde: propter † quam ipsam causam etiam Carolus V. Imperator, Judices, in hisce gravissimis causis, ad Jctos sapissime remittit. *vid. art. 150. in fin. ibi* wann zu grossen Sachen / als zwischen dem gemeinen Nutz / und der Menschen Blut zurichten/ grosser ernstlicher Fleiß gehört und angekert werden soll/ *ic. art. ult. Ord. Crim.*
- 12 Tandem † etiam majoris securitatis gratia, hodie ut plurimum Judices Criminales, jubentur sententias conceptas, unà cum Jctorum consiliis, ante illarum publicationem, ad Consilium Justitiæ, sive superius transmittere. *Const. Novell. Wirtemb. de Anno 1621. §. wann auch fürs eilffte.*
- 13 Si † verò hoc specialiter non fuerit mandatum, tunc Judices post illarum publicationem demum sententias criminales, ad complenda acta, eo transmittere tenentur. *dict. Novell. Constit. §. und da wir schon.*

V.

An omnes subditi crimina denunciare teneantur?

Etsi

Etsi autem Civitates Municipales, in hoc Ducatu, Criminalem habeant Jurisdictionem: Illa tamen crimina, quæ ex officio, per viam inquisitionis coercentur, non à Senatu & Civitatum Judicio, sed à Serenissimi Ducis officialibus puniuntur; *Nov. Const. Württemberg. de Anno 1586. §. 1. ibi: daß nicht allein Ihr unsere Amptleute / in Bestrafung solcher künfftiglich fürlauffender Laster / welche von Ampts wegen ohne rechtliche Beklagung beschehen / denselben allerdings gemess / verfahren / und darunder niemands verschonen / ic. qui + ipsi etiam in Judiciis Censoriis, in den Rugggerichten / nomine Serenissimi præsidet, pœnasq; ibi decretas exigunt; Würtemb. Lands. Ord. tit. 114. pag. 236. ibi: in Rugggerichten auch den Stab von unser / als der Obrigkeit / von Ampts wegen halten / & + denique in atrocioribus quoque delictis, causisq; Criminalibus, generalem & præparatoriam inquisitionem instituunt ac præsentibus Judicii municipalis assessoribus expediunt. Novell. constit. Würtemb. de Anno 1621. §. So dann & seqq.*

Hæc + autem Inquisitiones plerumq; præcedunt aliorum denunciationes; ad quas apud Romanos certæ personæ publica auctoritate erant constitutæ, & ratione officii ad Crimina Magistratibus denuncianda obligatæ: quales erant Irenarchæ, Curiosi, Stationarii. *vid. l. 6. C. de Custod. Reor. l. 1. §. 12. de offic. Præfect. Urbi. Perez. in Cod. tit. de Irenarchis num. 1. & seqq. & tit. de Curios. & stationariis. num. 8.* Reliqui + verò cives, ad hoc specialiter non electi & constituti, jure communi, ad delicta revelanda & denuncianda non sunt obligati. *can. placuit. 6 q. 2. l. pen. ff. de furt. l. 6. C. de serv. fugitiv. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. disp. 3. thes. 15. lit. C. Benedict. Carpzov. pract. Crim. part. 3. quæst. 134. num. 56. & seqq. Joh. Herman. Stamm. tract. de Servit. Personal. lib. 2. cap. 13. num. 11. Hartmann. lib. 2. tit. 5. observ. 13. Matth. Coler. decis. 205. num. 1. & seqq.*

Jure + vero Württembergico, omnes subditi graviora crimina commissa, quorum ipsi notitiam habent, sub fide Jurisjurandi, confestim Præfectis denunciare jubentur; ita + ut hoc negligentes, & crimina atrociora amicitia vel dolo reticentes, tanquam perjuri gravissime puniantur. *Württemberg. Lands. Ordn. tit. 131. §.*

1
In hoc Ducatu leviora crimina puniunt, non Magistrat9 municipales, sed Serenissimi Principis officiales;

2
Qui etiã in Judiciis censoriis præsidet,

3
Et in gravioribus inquisitiones instituunt.

4
Quas præcedunt criminum denunciationes; quæ jure communi, ex necessitate fiunt tantum ab illis, qui ad hoc sunt constituti.

5
6
Jure v. Württembergico ab omnibus subditis.

7

Ihr

- Ihr die Vnderthanen 4. & seq. §. wurden aber 8. pag. 254. & seq.
- 8 Ratio † habetur in dict. tit. 131. §. 1. 2. & 4. ibi: zu Beförderung gemeiner Erbarkeit und Nutzens.
- 9 Illatio. Hinc † subditi hujus Ducatus recte necessariis delatoribus annumerantur; quos in dubio officii necessitas, à poena calumniae excusat; Ant. Matth. de Crimin. ad libr. 48. ff. tit. 20. cap. 1. n. 5.
- 10 ita † ut licet delictum non probent, si tamen probabiles delicti denunciati conjecturas & suspiciones habuerint, nec evidens sit illorum calumnia, poena afficiantur nullà, vid. Würt. Lands. Ordn. tit. 120. §. Es soll auch. 3. & seq. 4. Matth. de Crimin. dict. loc. Underspür. in Comm. ad Ord. Provinc. Würtemb. pag. 439. & seq. num. 5.
- 11 Idem obtinet de jure Saxoniae. & communi in certo crimine Concordat † hac in parte cum Jure Württembergico Jus Saxonicum, teste Matth. Coler. part. 1. decis. 205. Item Churpfälzische Lands. Ordnung tit. 12. §. damit auch. referente Johana Hermann. Stamm. dict. cap. 13. num. 5. in fin. & Jus commune in crimine falsæ monetæ. Neue Münz. Ordnung Kayser Ferdinandi de Anno 1559. §. hierauff setzen/ ordnen und wollen wir. cum §§. seqq. l. 1. ibi: cuncti cognoscant. C. de fals. Monet.

VI.

An Accusandi potestas à Superiore impetranda.

- 1 Iure communi. Peracta † & finita generali & præparatoria inquisitione, si causa deprehenditur Criminalis, proximum est, ut sequatur Accusatio; quam Jure Civili etiam privatis, sine speciali superioris concessionem, instituere permissum est. Alium † enim Accusaturus, statim deferrebat ad Prætozem, vel qui Jurisdictioni Criminali præerat, nomen Rei, ut inter Reos reciperetur postulans; & si quidem erat præsens, vocabat, ducebat eum ad Prætozem, sin absens, delato nomine, atque inscriptione facta, Reus citabatur, exhibebatur. Ant. Matth. de Crim. ad lib. 48. ff. tit. 13. cap. 6. n. 1.
- 2
- 3 Iure Würtbergico. Verum, † sicuti olim apud Romanos, in causis civilibus, Actionem contra aliquem instituturus, prius Prætozem adire, & ab ipso

ipso Actionis formulam impetrare, necesse habuit: ita † hodie
 in hoc Würtembergico Ducatu, sine speciali Serenissimi Principis,
 aut ejus Celsitudinis Consiliariorum, præscitu & Decreto, nemini
 licitum est, alium criminaliter accusare. *Nov. Const. Würtemb. 14.*
de Anno 1621. §. wann nun fürs fünffte 5. ibi: dann ohne unser
oder unserer Räthe vorwissen und befehlen / soll in unserm Herzog-
thumb/ mit Peinlichen Rechten/ wider niemand verfahren werden.
 adeo † ut, nisi in Decreto Ducali vocabulum, peinlich/ expresse
 additum reperiatur, processus Criminalis, etn peinlicher Proceß/
 intentari non possit. *Rescript. Serenissimi Ducis de die 31. Maii.*
Anno 1644. ibi: So ist hiemit unser ernstlicher Befehl/ Ihr sollen
dergleichen peinliche Proceß/ wann in unseren befehlen/ das Wö-
letn/ peinlich/ nicht expresse vermeldet würd / gänzlich abstellen/ &c.
 Et † hoc prudentissimo Consilio, ne scil. quis auctoritate
 Accusandi in alterius perniciem abutatur, & Legum Jusq; ob-
 tentu, iræ & ultioni obsequatur; maxime † postquam inscriptio-
 nis vinculum, & talionis periculum nostris moribus est sublatum;
 (de quo infra) ob quam ipsam causam, hodie † etiam in aliis
 quibusdam locis, nullam omnino Criminalem Accusationem, sine
 decreto Judicis permissam esse, refert Simon à Greeneweg. *in tr.*
de Legib. abrogat. ad tit. C. de his qui Accusar. non poss. n. 7. &
Petr. Gudelin. tr. de Jur. Noviss. lib. 5. c. 14. vers. quod dixi. in fin.

4
 Quo sine
 speciali Prin-
 cipis con-
 cessione ne-
 mo potest
 accusare.

5

6
 Ratio.

7

8
 Iura con-
 cordantia.

VII.

Quibus Accusare permittatur.

Licet † autem Jure Civili regulariter omnes, qui nec naturâ
 impediuntur, nec lege prohibentur, accusare possint, etsi causa ad
 illos non pertineat: §. 1. *Instit. de publ. Judic. l. 8. ff. de Accusat.*
 Benedict. Carpzov. *pract. Crim. part. 3. quest. 104. num. 22. Jul.*
 Clar. *lib. 5. Recept. sentent. §. fin. quest. 14. num. 1.* In † hoc
 tamen Ducatu Würtembergico, Serenissimi Ducis officiales, tan-
 quam Fiscii Procuratores, hoc munere defunguntur; ut † non
 immeritò dubitetur, an Privatus, si velit, & decenti modo hoc pe-
 tat,

1
 Iure com-
 muni.

2
 IureWürtē-
 bergico Fi-
 sciProcurat.

3
 An etiam
 privatis.

C 2

4. **Rationes dubitandi.** tat, ad accusandum admittendus sit? Nam † quantum nos ob-
 servavimus, in toto Jure Württembergico, nulla privati Accusa-
 toris fit mentio, sed sermo omnis ad officiales, tanquam Fisci
 Procuratores, officii nomine accusantes, dirigitur, & hi secundum
 consuetudinem accusare dicuntur in *Novell. Constit. Würtemb. de*
Anno 1621. §. wann nun fürs fünffte s. ibi: Und sie Amptleuth/
 5. **als unsere Procuratores fiscales dem herkommen gemäß die Anlag auff**
des Beklagten verbrechen/ etc. Quibus † accedit, quod Simon à
 Grœneweg. generaliter scribat, titulum de accusationibus, quoad
 privatos exolevisse. *in tr. de Legg. abrog. ad tit. ff. de Accusat.* Et
 hodie solum Fiscum, ejusq; Procuratores, publicam ex Crimine vin-
 dictam, cæteros vero privatū tantum interesse persequi posse, idem,
 post multos à se allegatos, repetit *diēt. tr. ad tit. Cod. de his qui Ac-*
 6. **cusar. poss. n. 4.** Atq; † hoc ipsum etiam apud Venetos observari,
 tradit Joan. Codov. *de Republ. Venet. c. 11.* Casparus Contarenus.
 7. *libr. 3. de Republ. venet. pag. (mibi) 187.* Ubi † ejus rationem
 assignat hisce verbis: Olim Romæ quivis Civis alteri diem dicere
 poterat, eumq; quam acerrimè accusabat apud Judices: Venetiis
 verò nemo Privatus hoc munus obire potest, sed ex Reipubl.
 lege officium illud est Advocatorii Magistratus. Qua in re magis
 naturam Rerum imitati, sapientiusq; concordia Civium consu-
 luisse majores nostri videri solent, quam Romani: Nam quo-
 niam qui facinus aliquod perpetravit, maxime Leges & Rempubl.
 læsit, ideoq; præcipuè Reipublicæ pœnas dare debet, Jure Magi-
 stratus is, qui tuendis Legibus præest, à facineroso homine pœnas
 poscere, atque ad id omni studio eniti debet. Contra Privati of-
 ficiū est, illatas sibi injurias oblivisci, facileq; Reo concedere.
 Præterea nullus Privatus Civis potest accusatoris personam sibi
 sumere absque maxima invidia & incredibili odio eius, cui diem
 dixerit; ex qua re facile seditiones oriuntur inter Cives. Atque
 id incommodum à nostris perquam egregie vitatum est, universo
 hoc Accusandi munere Magistratui demandato; qui non privata si-
 multate ductus, sed ex Legis instituto hoc agat. Quo effectum est,
 ut nunquam ferè auditum sit, Advocatorum cuiquam vitio datum
 fuisse, quod vehementius in Reum sit invehctus, aut nimis acrem
 Accu-

Accusatorem se gesserit; imo qui acriter in hoc officio versatur, magnam sibi laudem comparet apud Cives: hæc ille. Verum † 8
 quamvis ob eandem rationem, in hoc Würtembergico Ducatu, Decisio.
 ut plurimum, & semper ferè, hoc accusandi munus officialibus
 demandari soleat: attamen † privatis, inprimis illis, qui suam suo- 9
 rumq; injuriam prosequi desiderant, accusandi facultas jure Wür-
 tembergico non in totum reperitur denegata. In † quo autem 10
 deficit Juris Provincialis dispositio, in eo recurrendum est ad Jus
 Commune. *Novell. Constit. Würtemb. de Anno 1621. §. 1.* Quod † 11
 autem Jus Würtembergicum tantum publicorum Accusatorum Responso-
 mentionem facit, id propterea fieri videtur, quod rarissimi sint nes ad du-
 privati Accusatores, non verò quod illi ab hoc munere in to- bitandi ra-
 tum sint repellendi. Neque † illud, quod ex §. *fürs fünffte s. tionen.*
diēt. constit. de Anno 1621. allatum est, ad rem pertinet. Nam 12
 verba ibi posita: *dem herkommen gemäß/* respiciunt non ad facul-
 tatem accusandi, & ad personam Accusatoris, sed potius ad mo-
 dum accusationem proponendi & prosequendi; quod scil. Præfe-
 cti, quibus munus Accusandi est demandatum, Reos eo modo ac-
 cusare debeant, prout hæctenus moris fuerit, nimirum oretenus,
mundlich/ ic. Quod † verò indefinite tradit Grønewegen, lo- 13
 co supra citato, titulum nimirum de Accusationibus, quoad Priva-
 tos, exolevisse; illud admitti potest vel minime. Testes † siqui- 14
 dem ab ipso adducti, de certis tantum Provinciis & Civitatibus
 loquuntur; uti videre est apud Anton. Matth. *de Crim. ad lib. 48.*
ff. tit. 20. cap. 2. num. 1. Paul. Christin. *vol. 4. decis. 194. num. 4.*
Gudelin. de Jur. Noviss. lib. 5. cap. 14. vers. quod dixi: Imò † 15
 quidam ex illis ipsimet testantur, non ubiq; locorum Jus accusan-
 di ad Fiscum tantum pertinere. post Grot. Anton. Matth. *tr. de*
Crim. d. cap. 2. num. 2. pag. 959. vid. Carpz. *pract. Crim. part. 3.*
q. 104. n. 7. Et † quamvis Georg. Christoph. *Indenspur.* scri- 16
 bat, moribus nostris vix permitti privato offenso, ut in accusando
 præjudicet Magistratui: subjicit tamen ipse statim immediatè, in-
 terdum concedi, ut offensus, ejusq; hæredes, Fiscali Principis assi-
 stant, & simul accusent. *in Comm. ad Ordin. Provinc. Würtemb.*
ppg. 470. num. 2. in fin. Imo † etiam in hoc Ducatu, solam of- 17
 fensum Observãtia.

fensum adversarium criminaliter accusasse, ipsa testatur experientia.

VIII.

De Inscriptioe in Crimen, & cautione ab Accusatore præstanda.

- 1 Veteri Romanorum Jure, Accusatores regulariter in Crimen
Inscriptio subscribebant, & sese ad talionis pœnam obligabant, si calumniæ
jure com- convicti fuerint. *l. 2. C. de Exhibend. & transmitt. Reis l. 3. §.*
muni erat *Item subscribere l. 7. pr. & §. 1. de Accusat. l. ult. Cod. eod.*
necessaria;
- 2 Et † quamvis hodie tam pœna talionis, quam solennitas inscri-
Morib9 ve- ptionis, in desuetudinem abierit: *Carpzov, præct. Crimin. part. 3.*
rò est subla- *quæst. 106. num. 41. Paul. Christinæ. vol. 4. decis. 194. num. 26.*
ta; *Nicol. Reufner. lib. 3. decis. 18. num. 6. Ægid. Bols. tit. de Ac-*
cusation. num. 2. Accusatores † tamen, de lite prosequenda, &
3 Et in ejo lo- satisfactioe ratione injuriarum, damnorum, & expensarum, hodie
cum succes- quoque satisdare tenentur. *art. 12. Ord. Crim. Carol. V. cujuscunq;*
sit cautio ab etiam sint conditionis. *Bullæ. ad dict. art. 12.*
Accusatore
præstanda; At † verò in hoc Würtembergico Ducatu, teste quotidiana
4 Quæ tamen experientia, officiales sive Procuratores Fiscales criminum Reos
etiã in hoc Accusantes, eo nomine nullam præstant cautionem; cum neces-
DucatuFisci sario munere fungantur, & non nisi ad speciale Serenissimi Ducis
Procuratori- mandatum accusationem instituant. Si † tamen non sincere &
bus est re- integre procedant, ipsi quoq; æque ac privati, injuriarum nomi-
missa. ne, & ratione expensarum atque damnorum conveniri possunt;
5 Quamvis hi per ea, quæ tradit Papon. *lib. 24. tit. 1. Arrest. 14.* quod † ipsum
quoq; inter- etiam locum habet; si quis ad illorum relata, *auff ihren Bericht*
dū ratione capiatur atque accusetur, & postea, relationem illam calumniosam
injuriarum fuisse, deprehendatur. *Endenspur ad dict. Ord. Würtemb. pag. 470.*
& expensarū *num. 3.*
conveniri
possint.

IX.

6 In causis Criminalibus an Procurator ex parte Accusatoris admittatur.

- 1 Jure † Civili in hisce Causis Criminalibus, de quibus hic a-
Iure Civili. gimus, nec ex parte accusatoris, procurator admittitur; *l. pen. §. 1. de Publ.*

de Publ. Jud. l. 1. ff. an. per. alium Caus. appellat. redd. poss. l. 15. C. de Accusat. l. 16. C. ad L. Cornel. de Fals. Boc. Cl. 6. disp. 38. thes. 69. lit. A. Carpzov. pract. Crim. part. 3. quæst. 105. num. 3. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. disp. 4. thes. 4. lit. A. Etsi † Ac- 2
cusator sit persona Illustris & clarissima d. l. 15. C. de Accusat. l. 1. §. adeo. 1. C. ubi Senator. vel Clariss. civil. vel Crim. Conven. Gail. lib. 1. de Pace. Publ. cap. 10. num. 12. Stephan. ad art. 12. Ordin. Crim. Carol. V. n. 3. Tiber. Decian. in tract. Crim. lib. 3. cap. 36. Rauchbar. lib. 1. quæst. 7. num. 2. In † Ducatu verò Würtem- 3
bergico, non tantum Præfecti & officiales, ad mandatum Serenif- Iure Wir-
simi, tanquam Procuratores Fisci, Reos Criminum criminaliter ac- tembergico,
cusant: Novell. Constit. Wirtemb. XIV. de Anno 1621. §. wann
nun s. ibi: und sie Amptleut als unsere Procuratores Fiscales: sed
† etiam Privati Accusatoris Procuratorem ad Criminalem Accu- 4
sationem instituendam & peragendam admissum esse, testatur no-
stri temporis observantia, quæ adhuc in recenti hæret memoria.
Atque † hoc ipsum, quod scilicet ex parte Accusatoris hodie Pro- 5
curator admittatur, passim etiam aliis in locis observatur. Bullæ. & Et aliis in
Stephan. ad art. 12. Ord. Crim. Carol. V. qui † hoc ipsum etiam locis usi-
ibidem permittit, ibi: Soll der Anflager/ oder sein Gewalthaber. tato
Hujus † mutationis Doctores communiter hanc assignant ratio- 6
nem, quia Inscriptionis solennitas, & talionis pœna in desuetudi- 7
nem abiit. Stephan. d. l. Carpzov. in pract. Crim. part. 3. quæst. 105. Ratio.
n. 6. & seqq. Et † quamvis aliæ quoque causæ erant, propter quas 8
olim nec Accusatores Procuratores constituere poterant: Boc. Cl. 6.
disp. 6. thes. 38. lit. C. illis tamen non obstantibus, hodie, uti di-
ctum, ubique fere locorum, contrarium observatur; adeo † ut
in hoc Ducatu Procuratores Fiscales frequenter, & sæpe ante litem 9
contestatam, licet ipsis in Decreto Serenissimi Ducis potestas sub- In hoc Du-
stituendi expresse non sit concessa, tamen alios, quos vocant Ampts, catu etiam
verweser/ ad Accusationem proponendam, vel persequendam sub- Fisci Procu-
stituere soleant; uti præter experientiam quotidianam testatur et- ratores a-
jam Georg. Ludov. Emdenspur in Com. ad Ord. Prov. Wirtemb. pag. lios substi-
470. n. 3. fere in fin. idq; † etiam contra Juris Civilis dispositio- tuunt.
nem. vid. l. 8. C. de Procur. l. 8. §. 3. ff. Mandat. cap. 1. vers. li- 10
bet.

II *sed non omnes.* *cet. de Procur. in sexto.* Hæc † ipsa autem substituendi potestas, in hoc Ducatu, Procuratoribus Fiscalibus competens, non est libera, sed ad certas personas restricta. Non enim quemcunq; sed tantum Consulem, eo tempore Consulatum gerentem, aut hoc absente vel impedito, proximum Judici adessorem substituere possunt. *arg. S. und wann Sic. part. 1. tit. 3. Würtemb. Landr.*

X.

De modo Accusationem proponendi, & causas criminales tractandi.

- 1 **Iure Civili.** Jure † Justiniano Accusator libellum, & Jus suum, in scriptis proponit. *Auth. offeratur C. de Litis Contestat. l. 3. ff. de Accusat.* Secundum Constitutionem Carolinam verò, & Accusator, & Reus, intentionem vel defensionem suam, viva voce proponere, vel in scriptis offerre potest. *art. 89. & 90. Ordinat. Crim. Carol. V.*
- 2 **Würtem- bergico.** In † hoc verò Würtembergico Ducatu, ipsi regulariter oretenus & viva voce accusare, & sese defendere jubentur; *Novell. Constit. Würtemb. 14. de Anno 1621. S. wann nun 5. Würt. Landrecht. part. 1. tit. 6. S. zum ein und zwanzigsten. pag. 23. & seq. ibi: weil mehrentheils summarie & de plano, mit mündlichen Fürträgen der Sachen procedirt: ita ut sine causæ cognitione, & speciali Judicis concessione in scriptis procedere non possint. d. Novell. Const. Würtemb. 14. S. als auch zum sechsten. 6. Idq; † litium abbreviandorum Causa. vid. Carpz. *Jurisp. Forens. part. 1. const. 1. defin. 4. & 6. uti † ob hanc causam etiam in foro Saxonico, Processus Criminalis Ordinarius præcisè viva voce, von Mund in die Feder / est peragendus. Carpz. d. defin. 6. & in pract. crim. part. 3. quæst. 106. num. 77. & seqq.* Solent † tamen hodie, etiam in hoc Ducatu, ut plurimum, & Accusatores, & Rei, an statt mündlicher Klag und Vortrags / petitiones & intentiones suas in scriptis offerre.*
- 3 **Ejus ratio.**
- 4
- 5

XI.

De absentium Accusatione & illorum bonorum annotatione.

Absen-

Absentes, † Jure Civili, in gravioribus criminibus, quorum
 poena est corporis afflictiva, accusari & condemnari nequeunt: l. 6. Iure Civili
 C. de accusation. l. 5. princ. ff. de poen. l. 1. §. 1. ff. de requir. vel
 absent. damnand. Antecessor. Tubingeni. apud Besold. part. 4. con-
 sil. 164. num. 16. & seqq. Bachov. ad Wesenb. π. tit. de Accusat.
 num. 10. sed † ipsi requirendi annotantur, & bona illorum ob-
 signantur. d. l. 1. §. 1. l. f. princ. ff. d. t. de requir. vel absent. damn.
 Et quamvis † hodie, quibusdam in locis, etiam in hisce graviori-
 bus criminibus, contra absentes condemnatoria sententia feratur,
 Anton. Matth. tr. de Crimin. ad lib. 48. ff. tit. 20. cap. 2. num. 23.
 Clar. lib. 5. recept. sentent. §. fin. quest. 44. num. 3. & seqq. Græ-
 newegen. ad tit. de requir. & absent. damn. & ad l. 6. C. de Ac-
 cusat. vel ad † Bannum procedatur; Bened. Carpz pract. Crim.
 part. 3. quest. 140. num. 6. & seqq. ita † ut nonnulli in illis de-
 lictis, in quibus bonorum confiscatio non locum habet, illorum
 annotationem in defuetudinem abiisse scribant. Clar. d. quest. 44.
 num. 3.

Attamen † in hoc Ducatu Würtembergico, uti in plurimis
 aliis Imperii Provinciis, nec hodie in criminibus gravioribus ab- Iure Wür-
 sentes condemnantur: Antecessor. Tubing. apud Besold. part. 4. tembergico
 consil. 164. num. 19. ibi: Seittemahl im Römischen Reich / und
 Teutschland / nicht wie bey andern Nationen bräuchig / daß die auß-
 getretene Malficanten / so eine Todstraff verschuldet / durch ein End-
 Urtheil zum Tod condemnirt und verdampt / oder auch in effigie ge-
 strafft werden. sed † illorum bona tantum describuntur, reci-
 piuntur & asservantur. tit. 24. Ord. Provinc. Würtemb. art. 206.
 Ord. Crim. Carol. V. & ibi Anton. Bullæ. Stephan. & Zieritz.

In † eo tamen differentia est inter Jus hodiernum ac Wür-
 tembergicum, & Vetus Romanum, quod hōc, Romano sc. jure,
 si Rei requisiti intra annum non redierint, & se purgaverint, neq;
 qui ipsos defenderet, habuerint, post annum bona obliquata in
 fiscum cogantur: l. fin. pr. ff. de requir. vel absent. damn. Illo †
 verò, Würtembergico scil. & hodierno jure, hæc bonorum anno-
 tatio fit eum tantum in finem, ut Reus mediis vivendi destitutus,
 eo facilius cogatur redire. Si † non redeat, bona non publican-
 tur,

D

tur,

- tur, sed Reorum liberis, & aliis hæredibus reservantur, per dict. tit. 24. Ord. Provinc. Würtemb. junct. art. 206. Ord. Crim. Carol. V. Antecessor. Tabingenf. apud Besold. d. Consil. 164. num. 9. & seqq.
- 11 Licet † enim in d. tit. 24. Jus Civile Romanum, quoad bonorum publicationem, expresse non corrigatur; & communiter dicatur, jura Provincialia & statutaria ex jure communi interpretationem recipere; & in statuto omissa, manere sub dispositione juris communis: August. Barbof. Locupl. lib. 17. cap. 49. Axiom. 1.
- 12 in † Jure tamen Württembergico interpretando, in hisce & similibus causis, prius respiciendum ad Ordinationes Criminales Carol. V. & illis demum deficientibus, recurrendum est ad Jus Civile Romanum. Novell. Constit. Würtemb. XIV. de Anno 1621. §. 1. pag. 357.
- 13 A Carolino † verò recedit Jus Württembergicum in eo, quod in hoc Ducatu, de consignatis fugitivi bonis, sine speciali Serenissimi Ducis mandato, nemini aliquid dari permissum sit:
- 14 d. tit. 24. cum † tamen secundum Constitutionem Carolinam, ipsi Judices, Reorum cognatis, si cautionem præstent, se fugitivo nihil subministraturos, bona conscripta concedere, & illorum receptatores liberis atq; uxori fugitivi, ex bonis illis necessaria alimenta, cum consilio & præscitu Judicis sive Magistratus suppeditare possint. art. 206. Ord. Crim. Carol. V.

XII.

De Litis Contestatione, & Vulnerum Inspectione.

- 1 Reo † præsentem, & libello Accusationis oblato, ipse respondeat, & litem quoad facta propria rotunde & clare affirmando vel negando contestari tenetur; Novell. Constit. Würtemb. XIV. de Anno 1621. §. demnach auch. 7. ibi da sie allein mit ja oder nein ihres eignen facti halber Antworten sollen. Würt. Landr. part. 1. tit. 25. §. und weil die Kriegs-Bevöstigung, ibi mit ja oder nein mit gestehen oder widersprechen antwort givet: ita ut non sufficiat, An fieri possit si Reus per verba † dubia aut credulitatis respondeat: verb. grat. si per verba se non credere, delictum à se commissum esse. Obrecht. 17. de Litis dubia. Contest.

Contest. cap. 7. num. 6. & 7. Carpz. in Jurisprud. Forens. part. 1. constit. 10. defin. 6. Johann Brunnemann. tract. de Process. cap. 14. num. 15. aut si dicat se neq. negare, neq. fateri narrata; Obrecht. d. cap. 7. num. 50. & seqq. Umm. disp. de Process. 12. th. 4. num. 14. vel se ignorare, an delictum commiserit, an vero non. Brunnemann. d. cap. 14. num. 13. nisi † factum sit antiquum, vel in ebrietate
admissum, ita ut ipse factum ignorare possit. Brunnemann. d. l. In factis an-
Tali enim in casu litis contestatio per verbum, nescio, facta, admit- tiquis & si-
titur, & pro negativa habetur; Brunnemann. d. l. vid. Carpzov. milibus fie-
de Process. tit. 10. art. 3. num. 41. & seqq. Bocer. Class. 6. disp. 20. ri potest ex
thes. 23. lit. B. Joan. Bapt. Schwartzenthal. lib. 2. de Process. cap. 3. verba, igno-
num. 6. & † per consequens Accusator factum probare tenetur. ro, nescio.

Requiruntur autem † in causis criminalibus, maxime in illis, 4
quarum poena est ultimum supplicium, probationes liquidissimæ, 5
& luce meridiana clariores. l. f. C. de probat. Unde † in homi- In causis
cidiiis, ut mortis poena locum habeat, necessarium est, ut ex ipsa crimnali-
vulnerum inspectione constet, vulneratum ex vulnere periisse, & bus requi-
non ex alia causa mortuum esse; ita ut omisâ hac inspectione, rantur ple-
tutò ad mortis poenam perveniri nequeat. Bened. Carpzov. pract. ne proba-
Crim. part. 1. quest. 26. num. 6. & seqq. num. 22. & seqq. Fieri 6
† enim potest, & haut rarò accidit, ut vulneratus ex alia causa, & In homi-
symptomate superveniente vitam finiat. vid. Gottfried Welsch. de cidiis neces-
rational. vulner. lethal. judic. cap. 14. Si † itaq; ex ipsa vulne- saria est vul-
ris inspectione de ejus lethalitate non constat, semper dubium nerum in-
manet, an ex vulnere, an ex propria, vel Chirurghi culpa, aut ex su- spectio.
pervenienti gravi symptomate, ut convulsione, feбри, epilepsia vel 7
alia causa perierit. Unde † etiam Carol. V. Imperator præcipit Ratio.
in Ordinat. Crim. art. 149. ut ante interfectorum sepulturam, 8
illorum vulnera diligenter inspiciantur atque describantur. vid. 9
Carpzov. pract. Crim. part. 1. quest. 26. num. 1. & seqq.

Quia † vero criminalium causarum Judices sæpe vel ex im- 10
pericia, aut negligentia, vel, uti existimat Oldekop. tract. Crimin.
contr. Carpzov. decad. 3. quest. 8. num. 7. etiam ex malitia, hanc
vulnerum inspectionem omittunt, ac postea ob deficientem liqui-
dissimam probationem homicidæ poenam promeritam evadunt;

D 2

proinde

- 11 proinde † Serenissimus Legislator Württembergicus repetitis con-
stitutionibus, omnibus hujus Ducatus Magistratibus, accuratam
vulnerum inspectionē serio mandat atq; injungit. *Nov. Const. Würt.
de An. 1621. §. So aber fürs vierte. & Rescr. de An. 1656 d. 10. Jan.*
- 12 Et † quamvis Justus Oldekop. hanc vulnerum inspectionem
tunc demum necessariam esse existimet, si vulneratus post aliquot
13 dicum interstitium moriatur. *d. quæst. 8. num. 1. arg. art. 147. ibi:*
14 Und über eeliche Zeit darnach stürbe. Si † verò gladio, vel simili
instrumento vulneratus, in continenti decesserit, tunc vulneris in-
15 spectionem non tantum non necessariam, sed etiam ridiculam esse
scribit. Verum † enimverò cum fieri possit, & factum esse ex-
empla doceant, ut una vel altera hora post vulnerationem sympto-
ma superveniat, & non lethaliter vulnerato veram mortis causam
16 præbeat. Sicuti † enim ex subito & insperato gaudio homines
extinctos esse historiarum testantur: ita etiam interdum mors ex su-
bita animi, à causa externa, consternatione, spirituumq; vitalium
& animalium stertore quasi, fixatione & suffocatione contingit. vid.
Gottfried Welsch. in Rational. vulner. Lethal. jud. cap. 14. & ult.
- 17 Unde † Lipsienses apud Bened. Carpzov. *pract. Crimin. part. 1.
quæst. 26. responderunt: So halten wir doch dergleichen præsum-
ption (quæ scil. ex tempore 12. horarum desumitur,) vil zu schwach
zu seyn/ die Todes Straff darauff zuerkennen/ und dem gefangenen/
das Leben abzusprechen: dann es wol seyn können / daß der Ver-
wundte auß andern Zufällen/ als schwerer Noth/ Schlag/ Verblu-
tung/ oder auch selbst eigener Verwarlosung verstorben/ wie sich dann
18 bey solcher Verwundung öftters begeben thut. Atque † sic etiam
tali in casu, omisâ vulneris inspectione, dubium subest, an Vul-
nus vera & sola mortis causa ei extiterit. Proinde † non ridicu-
lum, sed tutissimum esse arbitramur, in omnibus hisce causis, licet
in continenti & brevi temporis spatio post vulnus inflictum expi-
raverit læsus, tamen diligentem & accuratam vulneris inspectio-
19 nem adhibere. Atq; † huic sententiæ favere etiam videntur Con-
stitutiones Württembergicæ; maxime novissima *de Anno 1656.*
quæ indefinitè hanc inspectionem requirit: wann ins künfftige ei-
nige Mordthat geschehen möcht; sine distinctione, an in continenti,
vel*

vel brevi tempore post vulnerationem, an post aliquot dierum intervallum perierit vulneratus. Et † hoc etiam alibi prudenter observari, neque hanc inspectionem negligi, licet gladio, bombardā vel alio telo mortifero vulneratus statim in terram inciderit, & vestigio temporis mortuus fuerit, probant plurima exempla & responsa Facultatis Medicæ Lipsiensis apud Gothofr. Welsch. *d. tr. de Rational. Vulner. lethal. judic.* ubi † *cap. 15.* refert exemplum, quo gladio punctim vulneratus, post semihorulam expiravit; & quamvis requisitus medicus, qui vulnus inspexit, illud lethale judicavit, tamen Facultas Medica Lipsiensis desuper consultā respondit. P. P. als können wir/ bey so beschehener inquisitione vulneris, obbeschribenes / pro simpliciter & absolute lethali nicht erkennen: Hinc etiam Facultas Juridica Lipsiensis in dicto casu Reum sub cautione 200. thal. dimittendum esse pronunciavit, referente Gothofr. Welsch *d. l.* Aliud simile exemplum refert Carpz. *pract. Crim. part. 1. quest. 26. num. 46.*

Cum † igitur ex tali vulnerum inspectione dependeat Reorum absolutio vel condemnatio; (ratione scilicet pœnæ homicidii ordinariæ) atq; sic ipsa sanguinem humanum concernat; ea propter † majoris securitatis gratia, Jura eidem certam formam præscripserunt accuratè & omnino observandam. Requiritur † enim secundum Constitutionem Carol. V. Imper. *art. 149.* ut ipsa fiat I. Judice & duobus scabinis unā cum actuario præsentibus. II. Adhibitis † pluribus Medicis sive Chirurgis, & quidem juratis, si haberi possunt: cœterum † si in loco, in quo quis est vulneratus unicus tantum reperiatur, ibi sufficit unius Medici vel Chirurghi inspectio. Uritur enim dictus Articulus 149. generali vocabulo, **Wundarzt.** Cujus † appellatione veniunt etiam Barbitonsores. Et horum quoq; judicio de vulneris lethalitate standum esse, post alios tradit Carpzov. *pract. Crim. part. 1. quest. 26. num. 36.* Oldekop. *tit. 2. observ. Crim. 7. n. 4. & 9.* III. Necessarium † est, ut Medici vel Chirurghi unā cum Judice & Scabinis cadaver occisi diligenter inspiciant, & omnia accuratè examinent, vid. Oldekop. *tit. 4. observ. Crim. 47. num. 4.* Ac † tandem IV. Actuarius vulnera, illorum qualitatis, & omnes circumstantias, maxime verè

10

21

22

23

24

Hujus inspectionis secundum Const. Carol.

Requisitū I.

25

Requisit. II.

26

27

28

Requis. III.

29

Requis. IV.

Medicorum & Chirurgorum iudicium, illorumq; rationes diligenter ad Acta referat. *d. art. 149. Carpzov. pract. Crim. p. 1. quaest. 26. num. 30. & seq.*

30
Secundum
jus Würte-
bergicum.

In † hoc vero Ducatu, nonnulla circa hanc inspectionis formam, non sine iustissima ratione, sunt mutata. Primò † enim sufficit, si illa fiat praesentibus duobus Scabinis & Actuario. *Rescript. Sereniss. Ducis de Anno 1656. d. 10. Jan. ibi neben zweyen Gerichts- Personen und dem Stat: oder Ampt-Schreiber.* Secundò † necessariò requiritur, ut adhibeatur ordinarius Medicus, & ad minimum unus Chirurgus. *d. Rescript. ibi: und hierzu forderst eines jeden Dres bestellter Physicus, oder da keiner vorhanden / der nechstge- sessene / und zwey oder zum wenigsten ein Barbierer ic. ohnfehlbar beruffen und gezogen werden.* Licet † enim secundum dictam Constitutionem Carolinam sufficiat etiam unius barbitonsoris sive Chirurgi iudicium: quia † tamen totum fere hujus inspectionis negotium dependet à rerum anatomicarum notitia, & vix centesimus Barbitonsorum in anatomia solidi quicquam sapiat, atq; ipsi circa hanc inspectionem saepissime crasse & turpiter errent, uti, praeter experientiam, etiam testatur Gothofr. Welsch. *d. tr. cap. 15. vers. non soli tamen Chirurg.* eapropter sapientissimus Legislator Würtembergicus necessariò requirit ordinarii & jurati Medici praesentiam. Et † quamvis saepe laudatus Gothofr. Welsch. *d. c. 15. iudicium unius Medici sufficere existimet, & illud etiam d. art. 149. Ord. Crimin. Carol. V. conveniat: Carpzov. d. part. 1. quaest. 26. num. 35. & seq.* attamen in hoc foro Würtembergico, majoris securitatis gratia, Medico peritus Chirurgus necessariò est adjungendus; quiq; post accuratam vulnerum inspectionem, non minus ac ipse Medicus de vulneris lethalitate suam dicere debet sententiam. *dict. Rescript. de Anno 1656. ibi: der Medicus und Chirurgi auch ihre Meinung und Bedencken nach verrichteter Inspection, also gleich ertheilen: ubi † simul hæc additur ratio: alles zu diesem intent und End / damit man, ob dergleichen Verwundungen und Schläge zu dem Todfall einig und allein Ursach gegeben / desto gewisser und eigentlicher wissen / und der Richter desto sicherer darauff fundiren und gründen möge.* Atq; † hoc ipsum, ut scilicet, Chirurgus Medico adjun-

31

32

33

34

35

36

37

adjun-

adjungatur, alibi quoque provide & circumspicte usu receptum esse, testatur Gothofr. Welsch. d. q. 15. vers. quod autem à Medicis: Causam † enim tam arduam unius judicio committere sitis periculosum esse videtur. Unde † etiam nec unus Jctus, licet excellentissimus & sagacissimus, in causa criminali solus consulere & pœnam præcise definire solet, aut facile debet. Carpzov. part. 1. decis. 90. & pract. Crim. part. 3. quest. 116. num. 22. Bocer. tr. de furt. cap. 1. num. 41. Oldekop. tr. de Appell. in Caus. Crim. num. 96.

XIII.

An Mulieres in causis criminalibus testes esse possint.

Jure † Civili Mulieres regulariter etiam in causis criminalibus testes esse possunt. l. 20. §. mulier. 6. ff. qui testam. facer. poss. arg. l. 3. §. 5. l. 18. ff. de testib. Farinac. de testib. lib. 2. quest. 59. cas. 1. num. 17. Carpz. pract. Crimin. part. 3. quest. 114. num. 40. Brunnermann. de Process. Inquisit. cap. 8. m. 2. num. 22. quod etiam Jure Canonico verum esse defendit Bach. ad Trenth. vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. e. & alii citati à Farinac. d. quest. 59. cas. 1. num. 2. quamvis † communiter Dd, de Jure Canonico contrarium doceant, uti videre est apud Farinac. d. quest. cas. 1. num. 1. quam † communem sententiam etiam sequitur Jus Würtembergicum, quod regulariter in Causis Criminalibus, in peinlichen Sachen mulieres à testimonio dicendo repellit. Würtemb. Landr. part. 1. tit. 36 §. Item Weibs Personen, welche in Testamenten, wie auch in peinlichen Sachen zu Zeugen nicht zugelassen: idq; † propter rationem, quam adducit Pontifex, rescribens: Nam varium & mutabile testimonium semper foemina producit. cap. forus. 10. in fin. x. de verb. signif. Limitatio † additur in d. §. Item Weibspersonen. si veritas per alios testes haberi non possit; quo in casu etiam alii testes minus idonei admittuntur. §. Item Bruder. d. t. 36. Würtemb. Landr. pa. 134. Alexand. Trentacinq. lib. 2. tit. de testib. Resolut. 11. per tot. Carpz. part. 1. const. 16. def. 54. Boc. Class. 6. disp. 23. n. 43. Alias † exceptiones hujus Regulae tradit Farinac. d. q. 59. cas. 1. n. 5. & seq.

38

39

1

Iure Civili.

2

Iure Canonico

3

Iure Würtemberg.

4

Iure Würtemberg.

5

Ejus Ratio.

6

Limitatio.

7

Quis

XIV.

Quis in causis criminalibus testes examinare
debeat.

- 1
Iure Civili. Jure Civili in causis criminalibus Judex examen testium regulariter aliis committere nequit, sed ipsemet testes coram examinare debet: *Nov. 90. cap. 5. auth. ad eloquentissimum. C. de fid. instrum. art. 72. ibi: wiewol dann sonst nach vermöge gemeiner Rechtsren/te. Anton. Matth. de Crimin. ad lib. 48. ff. tit. 15. cap. 4. n. 2. Alexand. Trentacinq. lib. 2. tit. de testib. Resolut. 10. num. 7. & seqq. quod † etiam requirit Carolus V. Imp. in art. 71. Ord. Crim.*
- 2
Iure Carolino. modo judex & assessores ad hoc munus expediendum sint habiles. Idque † propterea, ut ipse æstimare possit ex vultu, voce & testium oratione, quantum fidei singulorum depositioni sit tribuendum.
- 3
Ejus Ratio, *diff. artic. 71. Brunnemann. de inquisit. process. cap. 8. m. 2. num. 58. vid. Mantz. ad d. art. Jus † v. Würtembergicum indistincte*
- 4
Iure Würtbergico, *judicis arbitrio relinquit, an ipse testes examinare, an vero hoc aliis committere velit. Würtemberg. Landr. part. 1. tit. 37. pr. Et †*
- 5
hodie in hoc Ducatu, teste quotidiana experientia, judices ut plurimum hasce partes, etiam in causis criminalibus, aliis demandare solent, qui in specie Commissarii vocantur. Atq; † hoc ipsum hodie etiam in aliis locis, & in ipsa quoque Camera Imperiali observari, testatur Gail. libr. 1. observ. 96. in fin. Grævæ. libr. 1. conclus. 96. num. 8. & consider. 1. num. 3. Rutiger. Ruland. tr. de Commiss. part. 1. lib. 2. cap. 3. Gudelin. de jure noviss. lib. 4. tit. 10. vers. præterea in fin. idque propter multitudinem agendorum. Stephan. & Bullæ. ad d. art. 70. Ord. Crim.
- 6
Ne † vero hoc arduum negotium, in quo vis atque robur causarum, & substantia condemnandi & absolvendi consistit, Uran. tom. 1. cons. 15. num. 16. Mantz. ad art. 72. num. 4. Ord. Crim. minus recte & legitime expediatur, præcipit Serenissimus hujus Ducatus Legislator, ut † illud idoneis tantum committatur; Landr. part. 1. tit. 37. princ. ibi: oder aber solches andern tauglichen Personen: viris scil. integri & sani judicii, religiosi, doctis, prudentibus, affectuum suorum dominis, & in rebus forensibus exercitatis:
- 7
Cautio.
- 8

tatis: non vero indoctis, vel semidoctis & imperitis, recto in interrogatoriis discernendis iudicio destitutis, & sæpe etiam idiotis, affectibus fluctuantibus, supra modum Zelosis, & Justitiæ rigorositatis gloria nimium vexatis: verba sunt Just. Oldekop. *tr. contr. Carpzov. decad. 1. q. 5. n. 47.* In † hoc enim testium examine, & depositionum annotatione, maximum Rei periculum, imo cardo totius negotii versatur. *vid. art. 72. Ord. Crim. Carol. V. ibi: die weil aber an verständigen Rundschaft, Verhörern viel gelegen ist/ damit dann auß vnverstand diser Rundschaft verhörer keine Verführung geschehe/ ic.*

X V.

An in causis criminalibus appellare liceat.

A sententia in causis criminalibus lata, jure civili, & Accu-^I Iure civili.
sator, & Reus regulariter ad superiorem provocare & appellare potest; adeo † ut quivis, etiam extraneus, absque mandato, damnati nomine appellans, humanitatis causa audiatur, licet condemnatus, perire festinans, resistat, nec appellationem admitti velit. *l. 6. ff. de Appellat. l. 29. C. eod. l. 2. §. ult. ff. quand. Appellat. Anton. Matth. de Crim. libr. 48. D. tit. 17. cap. 5. num. 2. & seqq.* Et † quamvis plurimi, hoc constitutionibus Imperii, ac generali Germaniæ con-² Hodiernor
suetudine mutatum, & hodie appellationes in causis criminalibus, die Leibstraff auff sich tragen/ non admittendas esse, existiment, per *Recess. Imper. de Anno 1530. §. Item als jetzt. vers. vnd solches dem alten hergebrachtten gebrauch im heiligen Röm. Reich zuwider/ ic. Ord. Camer. Imper. part. 2. tit. 28. §. 5. Gail. libr. 1. observat. 1. num. 28. Mynsing. cent. 4. observ. 41, num. 3.* Attamen † consti-³ 4
tutiones Imperii tantum de Appellatione ad Cameram Imperialem loqui, & contrariam consuetudinem non ubique locorum receptam esse, late probat Oldekop. *tr. de Appellat. in caus. criminal.* Unde † etiam Besoldus, *Exceptio tamen ista, scribit, de Appellationibus in Criminalibus non admittendis, ad eam allegante est probanda, & interim appellatio non rejicienda. Nam publica illa lex ad Imperiale tribunal principaliter pertinet, & cum juris communis correctoria sit, sane stricte accipi debet; & ideo excipiens precise*
E eo loco.

- co loco, in quo versatur, illam vigere consuetudinem, probare necesse habet in tract. de Appellat. cap. 7. num. 50. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disput. 10. thes. 5. lit. D. fere in fin. At † in hoc Ducatu Württembergico hæc probatio non est necessaria, cum in eo expressa lege in hisce causis criminalibus appellatio prohibeatur & rejiciatur. Württemberg. Landr. part. 1. tit. 70. §. In Malefissachen / wie auch von Freveln / Bussen vnd Straffen / wird sonsten für sich selbst nicht zugelassen. Plebst. ad jus Provinc. disputat. 1. thes. 134. Bocer. class. 6. disput. 34. thes. 10. adeo † ut in hisce causis, nec ab interlocutoria super puncto incidenti appellare liceat, uti hic Tübing. in supr. Appellat. Judic. judicatum est, d. 27. Anno 1660. vid. Peregrin. de Fideicom. art. 46. num. 50. Ant. Matth. de crim. lib. 48. D. tit. 20. cap. 4. num. 15. pag. 993. Befold. de Appellat. cap. 7. num. 40. Bocer. class. 6. disput. 34. thes. 20. lit. C. in fin. Scaccia, de Appellat. quest. 17. limit. 6. num. 35. ne † scilic. hæc lites nimis diu protrahantur, & sæpe Rei morte, fuga vel aliis intervenientibus delicta maneant impunita. Licet † enim Appellatio sit species defensionis, quæ regulariter nemini deneganda, maxime in causis tam arduis: attamen † cum in hoc Württembergico Ducatu, omnes causæ criminales in Accusatorio tractentur Processu, & Reo Advocatus adjungatur, ejusque defensiones semper in quacunque judicii parte audiantur; deinde acta omnia ad Collegium Jctorum pro sententia cum rationibus decidendi concipienda transmittantur, & ab omnibus ac singulis Collegii Assessoribus debita diligentiam perlegantur, in pleno consilio dextre, accurate & legaliter, sine affectu justitiæ rigore, gloria, fama, & iudicibus consulentibus satisfaciendi studio examinentur, atq; sola veritatis & justitiæ ratione inspecta expediantur; præterea † sententia cum rationibus decidendi remissa plerumque, imo hodie fere semper ad Serenissimi Principis Consiliarios prudentissimos mittatur, & si ullum dubium ibi deprehendatur, aliorum quoq; Jctorum Judicium, etiam Reo vel Accusatore non petente, desuper requiratur, ac tandem sententia à sapientissimis Serenissimi Principis Consiliariis confirmata executioni mandetur, ita ut hic locorum nullus subesse possit metus, ne Reus non satis defensus condemnetur aut puniatur; proinde

6
Württembergico.

7

8
Eius ratio.

9

10
Cautiones.

11

inde † de validitate & æquitate hujus statuti Württembergici nulla
 justa ratio dubitandi superesse videtur. vid. Clar. §. *fin. quest. 94.*
num. 3. maxime † cum aliis quoque in locis simile jus observetur,
 & in hisce causis appellationes non admittantur, uti de Flandria
 testatur Damhoud. *pract. crim. cap. 15. n. 26. & cap. 151. n. 2. & 3.*
 Gudelin. *tract. de jur. Noviss. lib. 5. cap. 14. vers. in crimine.* Grœ-
 neweg. *tract. de leg. abrog. ad l. 2. C. quor. appell. non recip. num.*
3. de Anglia, Regno Neapolitano, Capyc. *decis. 137. n. 17.* Hispa-
 nia, Covarruv. *pract. quest. 23. num. 5. in fin.* & aliis locis, Eber-
 hard. Fabric. *ad libr. 1. observ. Gail 1. sect. 3. in fin.* Besold. *tract.*
de appellat. cap. 7. num. 37. Clar. d. §. *fin. quest. 151.*

XVI.

De Blasphemia, & ejus pœna.

Causa, propter quam criminaliter agitur, & criminalis pro-
 cessus ein peinlicher Proceß decernitur & instituitur, est primo hor-
 ribilissimum, nefandissimum ac foedissimum crimen Blasphemiae
 in Deum immediate commissæ, Würtemb. *Landesord. tit. 89. §. vnd*
dann zum andern. 4. ibi: in fin. peinlich gestrafft werden. Cujus †
 pœna Divino & Civili jure est ultimum supplicium. *Lev. 24. vers.*
13. 14. & seq. Nov. 77. cap. 1. §. Precipimus. Carpzov. *pract. crim.*
part. 1. quest. 45. num. 2. & 3. Et † quamvis constitutionibus Im-
 perii variæ ejusdem pœnæ sint constitutæ, uti videre est in Recess.
 Imperii Wormat, *de Anno 1494.* Augustan. *de Anno 1500.* Colo-
 nienf. *de Anno 1512.* Augustan. *de Anno 1530. Ordin. crim. art. 106.*
 Novissimis † tamen Imperii Constitutionibus pœna mortis aut
 mutilationis membrorum hujusmodi Blasphematoribus, pro ra-
 tione circumstantiarum, decernitur. Recess. Imper. August. *de An-*
no 1548. tit. von Gottslâsterungen. Ordin. Politic. Francofurt.
de Anno 1577. quod † ipsum etiam in hoc Ducatu expressis & iis-
 dem verbis approbatum legitur in *der Landesordn. tit. 89. §. 4.* ita ut
 quoad hujus criminis pœnâ, Jus Württembergicum ab antiquis qui-
 dem, sed non à novissimis Imperii Recessibus differat,
 & propius ad jus civile & divinum justissi-
 me accedat.

1
 Quæ est cau-
 sa criminalis

2
 Et punitur
 jure divino
 & civili
 morte.

3
 Secundum
 Constit. Im-
 per, vero
 varie.

4
 5
 Jure Würt-
 bergico mor-
 te vel mem-
 bri mutila-
 tione.

XVII.

De Maleficio & ejus Poena.

- 1
Iure Civili. Secunda causa criminalis extra controversiam est Maleficiū, five Sortilegium, quod jure civili ultimo supplicio, sed diversis supplicii generibus punitur; uti apparet ex §. 1. *Inst. de Publ. Indic. l. 3. l. 5. §. fin. l. 6. l. 7. C. de Malefic. & Mathem. l. 3. §. legis Cornel. l. 13. ff. de sicar.* vid. Carpzov. *pract. crim. part. 1. quest. 49. num. 1. & seqq.* Ordinatio † vero criminalis Caroli V. distinguit, an venefici five sagæ damnum dederint, an vero non: Priori in casu, poenam ignis, posteriori vero arbitrariam constituit. *art. 109.* quod † etiam probat Ordinatio Provincialis Würtembergica, *tit. 90. §. 3. & seqq.* quæ poenam illorum, qui expressum pactum cum diabolo ad nocendum inierunt, sed nondum nocuerunt, prudenti judicis arbitrio relinquit, *d. tit. §. wa aber.*
- 2
Carolino.
- 3
Würtembergico.
- 4
An † vero tali in casu poena arbitraria etiam ad mortem sit extendenda, in eo Doctores non conveniunt, uti videre est apud Harpr. *ad §. 5. Inst. de Publ. Indic. num. 306. & seqq.* qui † *num. 356.* scribit, hujus Universitatis Collegium juridicum plerumque negativam & mitiorem approbasse, eandemque consulendo secutum esse; de quo tamen vid. apud Besold, *part. 2. consil. 82. num. 15. 21. & 33. consil. 52. part. 6. consil. 302. num. 5. & 6.* Ex † quibus apparebit, quod hujus Universitatis Antecessores non simpliciter & semper negativam approbaverint & secuti fuerint, sed pro ratione circumstantiarum, interdum etiam affirmativam in pronunciando observaverint. vid. etiam Dn. Georg. Ludovic. *Etindenspur. ad Ordin. Provinc. d. t. 90. num. 3.* Petr. Theodor. *in Colleg. Crim. disput. 7. thes. 6. lit. C. in fin.* Carpzov. *pract. Crim. part. 1. quest. 49.*
- 5
- 6
- 7
In † hoc itaque casu multum prudenti judicis arbitrio erit relinquendum, & si in ullo, certe in hoc occulto simulq; gravissimo delicto verum est, quod Hugo Grotius scribit, & facti inquisitionem, magnam diligentiam, & poenæ æstimationem, multum prudentiæ & æquitatis desiderare. *tract. de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 20. num. 9.*

De

XVIII.

De Homicidio, & ejus poena.

Tertia causa criminalis est Homicidium; cujus poena jure divino & naturali est ultimum supplicium. vid. Würt. Lands. Ordn. tit. 91. pr. ibi: wiewohl Gott der Herr auch das Gesetz der Natur / und alle Recht zum höchsten und bey gleicher Straff verbleiben / etc. Et † quamvis secundum sententiam Bartoli, & consuetudinem Sueviae, homicidium, ob transactionem cum occisi consanguineis in partem mitius puniendum esse dicatur. vid. Dn. Linden-spür. ad d. tit. 91. pag. 312. In † hoc tamen Ducatu, non obstante illa transactione, dolosus homicida ultimo punitur supplicio. vid. d. tit. 91. §. 3.

Si † verò ex actis inquisitionalibus probabiliter apparet, homicidium non dolo malo, sed ad occisoris defensionem, vel culpam tantum, aut casu commissum esse, tunc quidem, ut plene & judicialiter de facto illo, & ejus circumstantiis constet, contra reum Accusatio & Processus, non tamen Criminalis decernitur & instituitur, sed Reus, saepe etiam ex carcere dimissus, aut concessio salvo conductu, tantum super facto accusatur; würt super facto, auff freyen Fuß / ohne Verurteilung des Malesis, Glöcklins beklaget. vid. Dn. Linden-spür. ad Ord. Provinc. d. t. 91. num. 6. p. 313. Cæterum † si postea in tali processu dolus Rei Legitime probetur, Judex poenam promeritam, etiam Criminalem dictare non prohibetur. In † Criminalibus enim non necesse est, ut sententia libello sit conformis, sed sufficit, si facto legitime probato, & Juris dispositioni sit consentanea vid. Linden-spür. ad Ordin. Provinc. pag. 473.

XIX.

De Adulterio & ejus poena

Quartò † etiam Adulterium jure Civili Causam Criminalem esse, indubitati Juris est. Hoc siquidem jure sacrilegi nuptiarum gladio puniuntur. l. 30. C. ad L. Jul. de Adult. aurea † profectò, inquit Ant. Matth. constitutio, atq; pudicitiae matrimonialis unica custos, omnibus Christiani orbis Principibus atq; Rebus publicis

1
Quæ est ultimum supplicium,2
Non obstante transactione cum occisi consanguineis in partem.3
4
Nisi sit necessarium, culposum, vel casuale.

5

6

1
Iure Civili

2

E 3

bus publicis

- 3 bus publicis commendanda, quandoquidem divinæ Legis præscriptum in vindicando adulterio sequitur; quam † tamen Justinianus, quoad fœminas, mutavit, & illas adulterii reas, virgis cæsas, in monasterium detrudi voluit. *Nov. 134. cap. 10.*
- 4 Jure † Württembergico Adulterium prima vice commissum non criminaliter, sed tantum à Præfectis, ex officio, carcere puni-
Iure Würt- bergico. tur, & pœnitentia publicè peractâ, Rei, tanquam infames, ab omni-
prima vice: bus honestorum virorum consortiis repelluntur. In † quo Jus
5 Würtembergicum seculi mores imitatur. Hodie enim plurimis in
Moribus a- liorum lo- locis, adulterium prima vice commissum, non morte, sed tantum
corum. extraordinaria & arbitraria coercetur pœna. Antecessores hujus
Univers. apud Bsfold. part. 4. consil. 76. num. 2.
- 6 Si † verò semel secundum dictam constitutionem punitum, Reiteratum ab aliquo fuerit repetitum & reiteratum, tunc olim in hoc Ducatu
quomodo Würtembergico, Reus quidem criminaliter accusabatur, sed tan-
puniatur ju- tum in numellis positus in perpetuum exilium mittebatur. Würt.
re Würtemb. Lands. Ord. tit. 94. §. 3. hodie † verò ultimo supplicio, gladio
veteri, scil. punitur. *Novell. Constitut. Würtemb. I. de Anno 1586. §. wa*
7 *ferin sich aber. §. 17.* In † tanta enim morum perversitate, deside-
Novo. ratur solito vehementius aliquid, quod mala inveterata discutiat,
8 Senec. libr. 1. *Epist. 95. pag. mihi. 788.*
Ejus Ratio.
- 9 Et † hoc procedit sine distinctione inter masculos & fœmi-
Ampliatio. nas, conjugatas aut solutas personas. Hoc † siquidem Jure Adulte-
10 rium committitur etiam à marito cum fœmina soluta, ita ut utraq;
persona, in proposito casu, ultimo supplicio afficiatur. *d. Novell. Const. Würtemb. I. §. den Ehebruch belangend 16. & seq. 17. Lands. Ord. tit. 94. §. 5. Ibi: So auch ein lediger Mann oder Gesell/ mit Ehwelbern/ auch ledtze Frauen mit Ehemännern/ sich im wercke der Unteuschheit verwürcket/ sollen dieselbige ledige/ gleichwie die Schleue gestrafft werden pag. 204.* quod † secus est de Jure Civili, quo adulterium tantum in nuptam committitur. *l. 6. §. 1. l. 34. §. ff. ad L. Jul. de Adult. l. 101. de V. S. l. 18. C. ad L. Jul. de Adult. non obstantibus illis, quæ in contrarium adducit Carpzov. præct. Crim. part. 2. quæst. 52. num. 60. & seqq.*

De Stu-

X X.

De Stupro violento, & ejus poena.

Quinta Causa Criminalis est stuprum violentum, & quidem non tantum perfectum, sed etiam attentatum; *Novell. Constit. Würtemb. I. de An. 1586. §. auff den Fall. 8.* cujus ꝑ poena licet secundum constitutionem Carolinam simpliciter sit arbitraria. *art. 119. Ord. Crim.* Jure ꝑ tamen Würtembergico hujus criminis attentati poena quodammodo est determinata, ita ut reus regulariter in numellis publicis sit ponendus, *soll an das Halsseisen erkent: & postea, pro ratione personæ, & atrocitate violentiæ, judicis arbitrio, auris abscissione, fustigatione, relegatione, vel confinemente puniendus. d. §. 8.* Concurrit ꝑ enim hic duplex crimen, nimirum attentatum stuprum, & Violentia: qua maxime turbatur securitas publica. Ubicunq; ꝑ autem duplex crimen est admissum, ibi gravior quoque poena est infligenda. *arg. l. 38. §. 1. ff. de Adult. l. un. pr. C. de rapt. Virgin.* Unde ꝑ in aliis quoque locis hoc attentatum Crimen fustigatione vel relegatione coercetur, *Carpzov. p. 4. Constit. 30. defin 5. & interdum etiam fustigatione & manus amputatione. Stephan. ad art. 119. Coler. decis. 126. n. 109.*

1
Si nõ sit perfectum, sed tantum attentatum,
2
Iure Carol.
3
Würtembergico.
4
5
6
& aliorum locorum.

X X I.

De Incestu & ejus poena.

Sexta Causa Criminalis est Incestus, de cujus poena differit Papinianus *in l. 11. §. 1. l. 38. §. 1. & seqq. ff. ad L. Jul. de Adulter.* Marcianus *in l. 5. ff. de question.* & Justinianus Imperator *in Nov. 12. cap. 1.* ita ꝑ tamen, ut difficile sit, definire, qua poena Jure Civili hoc crimen puniatur. Unde ꝑ etiam de hujus criminis poena tot ac diversæ existunt Interpretum sententiæ, uti videre est apud *Hartm. Pistor. observ. 192. Berlich. part. 4. conclus. 32. 33. 34. & 35. Damhoud. prax. Crim. cap. 94. Anton. Tessaur. decis. pedem. 100. Carpzov. pract. Crim. part. 2. quest. 72. & seqq. & alios, quos citat Anton. Bullæ in Comm. ad Ord. Carol. art. 117. Sündenspur ad Ord. Provinc. pag. 348. & seq. ubi n. 23. ex aliis scribit, incestum corporaliter puniri non posse, nisi hoc Lege municipali caveatur.*

1
Iure Civili.

2
3

Atque

- 4
Carolino. Atq; † hanc difficultatem nec Carolus V. Imperator in sua ordinatione Criminali tollit, utpote qui de hujus delicti pœna nihil certi definit, sed simpliciter ad Justiniani Legislationem sese refert, in art. 117. Ord. Crim.
- 5
Würtembergico. Ne itaq; † ob Juris Civilis difficultatem, & opinionum varietatem, hoc crimen justo mitius puniatur, & postea sapius sanguini contumelia inferatur, Serenissimus Legislatur Würtembergicus certas determinavit hujus criminis pœnas, & quidem pro diversitate Casuum diversas: Si † enim incestus ratione consanguinitatis, in linea recta, dolo malo fuerit admittus, jure Würtembergico indistincte, tam in foemina, quàm in masculo, sive adulterium concurrat, sive non, ultimo supplicio, & quidem gladio punitur. *Novell. Constit. Würtemb. I. de Anno 1586. §. wann sich dann 9.* In quo † convenit Jus Würtemberg. cum Jure Divino, quod hoc horrendum crimen, & hanc nefariam atque ipsi naturæ contrariam conjunctionem etiam mortis pœna coerceri voluit. *Levit. 20. vers. 14.* Quam † pœnam etiam Juris Civilis interpretes communiter probant, & eandem in foro quoq; communi, ubi nullum extat statutum, retinendam esse statuunt. vid. *Carpzov. pract. Crim. d. quæst. 82. num. 21. Berlich. part. 4. conclus. 32. n. 14. & seqq.*
- 6
Ratione consanguinitatis, in linea recta.
- 7
- 8
- 9
Idem † constituit Jus Würtembergicum de Incestu ratione Consanguinitatis, in gradu primo, lineæ collateralis commisso: si scil. quis sororem suam, ab uno vel utroq; latere junctam, cognoverit; idq; etiam sine sexus, aut adulterii sive stupri distinctione. *d. Novell. Constit. Würtemb. §. wann sich dann 9.* Atque † hanc sententiam etiam ex rationibus Juris communis, quamvis contra communem, defendit Anton. Matth. *tr. de Crim. lib. 48. ff. tit. 3. cap. 6. num. 5. in fin.* eandemq; † etiam aliquando in foro Saxónico fuisse observatam, probant *Consultat. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 3.* Berlich. *d. conclus. 33. num. 8.* licet † hodie, in hoc casu, in Electoratu Saxonix, tantum fustigatio & perpetua relegatio dictari soleat. Berlich. *d. concl. 33. n. 12. & seq.* Carpzov. *pract. Crim. part. 2. quæst. 78.* quam etiam aliis in locis observari, tradit Bullæ. *ad art. 117. Ord. Crim. Carol. V.*
- 10
In linea obliqua, sive collateralii, & quidē in gradu primo.
- 11
- 12

Cæterum

Cæterum † si incestus committitur in secundo gradu lineæ collateralis inæqualis; v. gr. si quis cum fratris sui vel sororis filia concumbit; tunc in hoc Ducatu distinguendum est, an adulterium concurrat, & masculus vel foemina in matrimonio vivat, an v. non. 13
In gradu secundo lineæ inæqualis.

Priori † in casu, etiam mortis poena locum habet. *d. Novell. Constitut. Würtemb. 1. §. gleichförmige Meinung. 11. junct. seq. §. 12.* 14
Si adulteriū concurrit,

posteriori verò † in casu, prima vice, hujus criminis reus punitur positione in numellis, fustigatione & relegatione aut confinemente. *dict. Novell. Constit. §. gleichförmige. junct. præcedente 10. ubi † duo priora, nimirum daß an Branger stellen und Kubten aufhauen ab-* 15
Si tantum stuprū, prima vice.

solute, duo autem posteriora alternative ponuntur, ita ut iudex regulariter duo priora necessariò dictare teneatur; ex posterioribus verò suo arbitrio unum eligere & prioribus adjungere possit. *d. §. 10.* 16

Secunda † vice si quis in hoc crimen incidit, etiam in hoc posteriori casu capite plectitur. *d. Novell. Constit. Würtemb. §. und ob sich zutragen. 12. ibi: wie auch in dem Fall 10.* 17
Secūda vice.

Illud, † quod in *d. §. gleichförmig. 11.* traditur, incestum scilicet inter illas personas, welche einander im ersten und andern grad der Blutsfreundschaft verwandt, fustigatione puniendum esse, difficultate haut caret. Etenim † in primo consanguinitatis gradu lineæ collateralis juncti sunt frater & soror; §. wann sich dann. *d. Nov. Constit. qui tamen propter incestum hoc jure indistincte puniuntur capite. d. §. wann sich. 9.* 18
Explicatur §. 11. Nov. Cōst. Würt. de An. 1582.

Nobis † (alii enim, quantum nos scimus, hanc difficultatem non attingunt.) dicendum videtur, in *d. §. 11.* non agi de consanguineis collateralibus, qui secundum communem graduum computationem in primo gradu juncti sunt; quales sunt, fratres & sorores; de quibus agitur in præcedenti §. 9. sed de consanguineis collateralibus, qui secundum communem computationis canonicæ rationem in secundo sunt gradu lineæ inæqualis: ut sunt frater & fratris sive sororis filia; uti hoc ostendunt exempla, quæ in *d. §. 11.* statim immediate subjiciuntur; & hoc etiam probat conjunctio *d. §. 11. cum præced. §. 9.* 19

Dicuntur † autem prædictæ personæ, frater scilicet & fratris sive sororis filia, in *d. §. 11.* in primo & secundo gradu conjunctæ singulari loquendi modo, habito respectu ad communem stipitem; à quo prima persona, 20

F 21

Iona, frater scil. primo, secunda verò, fratris sc. filia, secundo gradu distat; unde ipsæ quoque, quamvis improprie & contra communem Juris rationem & usum, primo & secundo gradu junctæ dicuntur.

²² In gradu secundo lineæ æqualis & tertio lineæ æqualis & inæqualis. **Conjunctio † inter consanguineos collaterales secundi gradus lineæ æqualis, & tertii gradus lineæ æqualis & inæqualis, quamvis jure Würtembergico etiam sit prohibita, W. KirchenOrd. tit. von Ehesachen cap. von der Stupp: und Magtschafft §. und dieweil. non tamen est Causa Criminalis; d. Novell. Constit. Würtemb. 1586. §. Nach dem sich. 13. & 14. nisi † adulterium concurrat; tunc enim,**

²³ Si adulterium concurrat. **priori in casu, si nimirum adulterii Rei in secundo Consanguinitatis gradu lineæ æqualis sunt conjuncti, puniuntur fustigatione; in tertio vero gradu juncti ponuntur in numellis, & ignominia lapidem portare coguntur. arg. d. Novell. Würtemb de Anno 1586. §. da sich dann. fere in fin. ibi So dann im dritten grad/ auff gleiche Beflagung/ über die vorgesezte Thurnstraff/ auch das Branger stellen/ und tragung des Lastersteins mit Urtheil erkant und exequirt werden.**

²⁴ Ratione affinitatis, in linea recta, **Incestus † ratione Affinitatis, in linea recta: ut si quis cum noverca vel privigna sua concumbit; & in linea collateralis primi gradus: v. gr. cum sorore uxoris suæ admittitur, in hoc Ducatu sine dubio est Causa Criminalis. d. Novell. Würtemb. de Anno 1586. §.**

²⁵ **Da aber Personen. 10. Ratione † poenæ autem distinguendum est,**
²⁶ **an hic incestus cum adulterio sit conjunctus, an vero non, Posteriori † in casu, Rei in numellis positi & virgis cæsi, vel relegantur vel ad confinementem condemnantur. d. §. da aber Personen. 10. Priori † verò in casu, regulariter mortis poena dicitur. d. Novell §. und ob sich zutragen. 12. & † hoc indefinite sive utraq;**

²⁷ **Si cum adulterio. persona, sive una tantum ex illis sit conjugata. Utroq; enim in casu incestus cum adulterio est conjunctus. §. So auch. 5. tit. 94.**

²⁸ **Ampliatio. Würtemb. Landst. Ordn.**

²⁹ **De quo tamē fuit dubitatum. Et † quamvis de hac sententia non semel fuerit dubitatum, & inter Jctos disceptatum, idq; propter d. §. und ob sich zutragen. 12. d. Novell. Constit. Würtemb. ubi incestus poena capitis punitur, si inter personas conjugatas sit commissus: ibi: und ob sich zutragen solte/ daß jez angeregte Laster nicht zwischen ledigen / sondern Ber.**

Verehlichten Personen/ und also beneben der Blutschand zumah-
 len auch ein Ehebruch begangen würde/ *ic.* Unde nonnulli existi-
 marunt, ut pœna capitis in hac specie locum habeat, utramq; per-
 sonam conjugatam esse oportere. Hoc † tamen non obstante, ³⁰
 Serenissimus Legislatoꝛ consulentibus rescripsit, & d. §. dicto mo- ^{Sed illud po-}
 do declaravit, d. 4. Anno 1583. hisce verbis: P. P. wir haben ewer ^{stea à Sere-}
 Underhändig anbringen / den zu Marppach verhaſſten N. N. mit ^{nissimo de-}
 seines Weibs Schwester begangener Blutschand und Ehebruchs ^{claratum.}
 halber/ inhaltis vernommen. Geben euch darauff gnädig zuerkennen/
 daß unsers Jüngsts der Buzucht halber publicirten mandats eigent-
 licher Verstand dahin gemeint gewesen / und noch ist / daß beyde in
 berührtem Fall delinquirende Personen (ohngeacht die ein allein dar-
 under verehlicht/ die ander aber noch lediges Stands seye) mit glet-
 cher darin auffgesetzter Straff angesehen werden sollen; quod † po-
 stea iterum per simile rescriptum fuit repetitum, die 17. Julii. Anno
 1599. & à facultate Juridica sæpius in consulendo observatum; nisi
 † singulares circumstantiæ mitiorem suaserint pœnam: quod ut ³¹
 attendatur ipse Serenissimus Legislatoꝛ monet in d. rescript. de An-
 no 1587. ibi: demnach werden ihr gleichwohl solches hinnach in allen
 zuträgendē Fällen pro regula zuhalten/ darneben aber die jedee mahls
 mitlauffende circumstantias nicht weniger mit fleiß zubedencken/ und
 seitemahl selbstge ihrer Ungleichheit nach / mehrmahls Milderung
 oder aggravation des verdrechens Ursach geben/ *ic.* quod etiam vult
 Nov. Const. Würtemb. de Anno 1586. §. demnach. 30. ³²

In † secundo & tertio affinitatis gradu conjunctio dolo ma- ³³
 lo facta, tunc demum criminaliter accusatur & punitur, si adulte- ^{In secundo}
 rium concurrat, & una persona ex delinquentibus sit conjugata vel ^{& tertio}
 desponsata d. Nov. Const. Würtemb. de Anno 1586. §. 13. 14. & 15. ^{gradu.}
 Ex † quo ultimo §. apparet, adulterium etiam à legitime despon- ³⁴
 satis personis dictis in casibus commissum, causam esse crimina-
 lem; quamvis lubentissime fateamur, adhuc aliquas difficultates
 circa d. §. occurrere, quas nos ad finem properantes,
 sponte aliis relinquimus eno-
 dandas.

XXII.

De Bigamia, & ejus poena.

- 1 **Jure Civili.** Septima † *Causa Criminalis* est simultanea Bigamia, si nimirum quis uno eodemq; tempore duas habet uxores. Hoc siquidem crimen, quamvis *Jure Civili* certam & determinatam mortis poenam non habeat, teste ipso *Carolo V. Imperat.* in *art. 121. Ord. Crim. ibi:* und wiewohl die Kayserlichen Rechte auff solche Vbelthat kein Straff am Leben setzen vid. *Carpzov. pract. Crim. part. 2. q. 66. num. 15. & seqq.* Neque † enim hoc delictum *Jure Civili* semper incidit in adulterium. vid. *Ant. Matth. tr. de Crimin. ad lib. 48. ff. tit. 3. cap. 1. num. 13.*
- 2
- 3 Quia † vero hoc crimen, hodie semper continet adulterium; imo eo gravius reputatur. *d. art. 121. Ord. Crim.* præterquam enim quod fidem violat conjugalem, etiam temerat divinam matrimonii institutionem, sanctamq; Ecclesiam, qua teste benedictionem accipit, ludibrio habet; proinde † *Carolus V. Imperator* in dolosos Bigamos, qui utrumq; matrimonium copula consummarunt, capitis poenam constituit. *d. art. 121. ibi:* So wollen wir doch / welcher solches Laster berrüglicher weis / mit wissen und willen Ursach gibet und vollbringt / daß die nicht weniger dann die Ehbrüchtigen penlich gestraffe werden sollen: quæ † ultima verba, quod hoc in loco capitalem & mortis poenam denotent, satis indicant verba præcedentia: Und wiewohl / *ic.* vid. *Carpz. pract. Crim. part. 2. quest. 66. num. 21. & seqq. Stephan. & Georg. Rem. ad dict. art. 121.*
- 4 **Jure Carolino**
- 5
- 6 **Württembergico.** Et † hanc Interpretationem etiam approbavit Legislator *Württembergicus* in *Novell. constit. Würtemb. de Anno 1586. §. solte sich dann. 24. ibi:* Lindenspür. Atque † hæc gladii poena in hoc Ducatu etiam locum habet in viro vel uxore, qui quæve vivente conjuge, cum altera vel altero publica sponsalia de præsentì contrahit & concumbit; etsi benedictio Sacerdotalis non accedat *d. Constit. §. 24.* quod † ipsum etiam observatur in *Electoreatu Saxonix*, teste *Carpz. pract. Crim. part. 2. quest. 66. num. 44. & seqq.*
- 7 **Ampliatio.**
- 8
- 9 **Limitatio.** Cæterum † si publica sponsalia à marito vel uxore contracta, aut ipsum quoque secundum matrimonium coram Sacerdote initum
- cor-

corporum conjunctio non fuerit secuta, tunc reus quidem criminaliter accusatur, verum non capite, sed tantum fustigatione & Relegatione aut confinemente punitur *d. const. Würtemb. §. wann aber. 23. & seq. 24. ibi: und vollziehung thun würden junct. art. 121. Ord. Crimin. Carol. V. ibi: und vollbringer: quibus verbis intelligunt ipsam corporum conjunctionem. Befold. part. 5. consil. 215. num. 8. Carpzov. d. quest. 66. num. 53. Qui † vero bina sponsalia publica contraxit, aut post primam publicam desponsationem, aliam clandestine sibi desponsatam cognovit, aut vivente Uxore, aliæ clam matrimonium promisit, ille condemnatur ad numellas, & ab omni dignitate removetur. *dict. constitut. Würtemb. de Anno 1586. §. da fern aber. & seq. 22.**

X X I I I.

De raptu, & ejus pœna.

Octavo decernitur quoque processus Criminalis, si quis foeminam honestam libidinis causa abduxerit, & raptum commiserit. *l. un. C. de rapt. Virgin. art. 118. Ord. Crimin. Carol. V. Novell. const. Würtemb. de Anno 1586. §. ob dann jemand 25. Circa † quod crimen in hoc Ducatu expresse nihil diversi legitur constitutum; adeo ut quamvis Jure Canonico, rapta raptori nubere possit, *cap. pen. & ult. x. de Rapt. & Dn. Harpr. ad §. 8. I. de public. judic. scribat, moribus nostris hac in parte Jus Canonicum observari: In † hoc tamen Ducatu dispositio Juris Civilis, etiam hac ratione reperitur approbata in der Würtemb. Kirchen-Ordn. tit. von Ehe sachen cap. von Sipp und Wagschaffe §. ult. pag. 187. Raptor † siquidem indignus censetur matrimonio illius, quam in pacata Republica, more hostili, matrimonio sibi voluit jungere. Unde † ipsi quoq; pontificii Juri Canonico nonnihil derogarunt in Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 6. Basil. Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 69. n. 5. Martin. Perez. de matrim. disp. 38. sect. 3. Ant. Matth. de crimin. ad lib. 48. ff. tit. 4. cap. 2. num. 16. Constantinus † Imperator foeminam raptam si voluntatis ejus assensio detegeretur, eadem cum raptore pœna affici voluit. *l. 1. C. Theodos. de Rapt. Virg. & vid. At † in hoc Ducatu, ipsa licet sponte consenserit, non tamen criminaliter***

2

3

2

An rapta raptori nubere possit.

3

In hoc Ducatu.

4

Ratio.

5

6

7

F 3

minaliter

minaliter accusatur, sed tantum carcere coercetur d. *Novell. Constit. Würtemb. de Anno 1586. §. ob dann jemand. 25. in fin.*

XXIV.

De Monstrosa venere & ejus poena:

- 1 Denique † Nonò Criminalis quoq; Causa est Venus Monstrosa, quæ naturæ metas transgreditur, scelus illud, quod non proficit scire. *l. 31. ff. ad L. Jul. de Adult.* de quo eleganter Augustinus. *Adulterii malum, inquit, vincit fornicationem, vincitur ab Incestu. peius est enim cum matre, quam cum aliena uxore concumbere, sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam fit. c. adulterii 32. quæst. 7.* cujus peccati indignitas, & fœda malignitas, in cœlum usque clamare, & inde sui vindictam exposcere dicitur, *Genes. 19, 13. Novell. 77. cap. 1. pr. Nov. 141. cap. 1.* Unde † etiam
- 2 **Iure Carol.** hujus Criminis Rei, sive cum hominibus, sive cum brutis nefandam libidinem exercuerint, secundum Constitutionem Carolinam, indistincte igne comburuntur. *art. 116. Ord. Crim. Carol. V.*
- 3 **Iure Würtbergico.** Jure † verò Württembergico, illi demum flammis ultricibus vivi exuruntur, qui cum brutis vel mortuis hominibus Sodomiticum peccatum commiserunt. Cum hominibus vero contra naturam concumbentes capite truncantur. *Novell. Constit. Würtemb. I. de Anno 1586. §. welche auch in so teüßflische Blindheit.* Prior † enim horribilissima, & posteriori gravior sodomix species esse censetur. *Carpz. pract. crim. part. 2. quæst. 76. n. 27. & seqq.* Nihil itaq; vetat, quo minus in diversis Criminibus, diversæ quoq; pœnæ observari possit. Convenire namq; debent delictis pœnæ; & æqualibus æqualia, inæqualibus vero inæqualia debentur supplicia.
- 4 **Eius ratio.** Quamvis † autem Interpretes communiter, ut prædictæ pœnæ locum habeant, perfectum & consummatum crimen requirant. post *Clar. Gomez. Farinac. Menoch. & alios Carzov. part. 2. q. 76. num. 58. & seqq.* quos etiam sequitur supra citata constitutio *Würtemb. de Anno 1586. d. §. welche auch. 27.* Justissima † tamen ex causa *Serenissimus Princeps die 31. Octobr. Anno 1659.* singulari rescripto *d. §. 27.* declaravit, & ultimum gradum delictorum: carnis in-
- 5
- 6

nis in horrendo hoc crimine remisit, ita ut hoc crimen atrocissimum pro perfecto habeatur, & ordinaria pœna puniatur, licet ultimus consummationis gradus non accesserit *d. Rescript.*

X X.

De Infanticidio, ejusq; pœna.

Decimò causis criminalibus etiam annumerandum venit crudelissimum Infanticidii crimen; ob cujus immanitatem † non tantum Romani singulare supplicium constituerunt, ut nimirum illius Rei culeo insuti cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, in mare vel flumen projiciantur, aut deficiente flumine bestiis objiciantur; *l. 9. pr. ff. ad L. Pomp. de Parricid, l. un. C. de his, qui parent. vel lib. occider. §. alia deinde 6. I. de public. Jud.* sed † eandem quoq; pœnam, culei scil. paulo mutatam, adhuc observat Electoratus Saxonix; vid. *Carpzov. pract. crimin. part. 1. quest. 8. n. 15. & seqq.* & † iis in locis, in quibus illa in defuetudinem abiit, aliæ satis atroces surrogatæ sunt pœnæ: nimirum ut vel vivi in terram defodiantur, vel in quatuor partes dissecentur, vel canibus lacerandi tradantur, vel dolio inclusi in flumen projiciantur, vel ad caudam equi, aut ad quodvis vehiculi genus alligati ad supplicium pertrahantur, &c. vid. *art. 131. Ord. Crim. Carol. V. Harprecht. ad d. §. alia deinde 6. I. de publ. Jud. num. 30.* Et hoc etiam propterea † ut pœnæ gravitate ab hoc crimine deterreantur, qui amore & pietate in officio contineri nequeunt. At verò † in hoc Ducatu hujus criminis Rei hodie regulariter, teste ipse experientia, tantum gladio feriuntur. vid. *Besold. part. 5. consil. 207. num. 3.* Neque † enim ex publico est usu, ut semper rigide puniantur crimina. Quia severitas amittit assiduitate auctoritatem; & nescio quo obnitendi vitio videbis ea sæpe committi, quæ sæpe & atrociter vindicantur. post *Senec. Lips. lib. 2. Polit. cap. 13. num. 7. & seq.* Sic † licet nullum crimen, scribit *Thuanus libr. 13. histor.* in Francia gravius vindicetur, quam infanticidium: nihilominus tamen nullum crimen frequentius est; nec ulla fere septimana abit, quin in classe, quæ de judiciis capitalibus cognoscit, una pluresve tam horrendi flagitii reæ

1
2
Iure Civili.3
Hodierno.

4

5

6

7

8

rea perducantur, adeo malus pudor in verecundo & impotenti sexu supplicii terrorem, & quod omni corporis poena gravius est, conscientiae morsus vincit.

9
De Infan-
ticio prae-
sumpto,

In † eo quoque Jus Würtembergicum à Carolino recedit, quod hoc jure mulier, licet partum in utero clam gestaverit, eandemq; studio sola enixa fuerit; si tamne infantem non vivum, sed mortuum in lucem prodiisse assereret, nec de infanticidio convicta esset, non ad mortem, sed ad torturam condemnaretur; & si in illa assertione perseveraret, tantum fustigatione puniretur. Joan à Sand.

10

lib. 5. decis. Frisic. tit. 9. defn. 3. In † hoc tamen Ducatu Würtembergico, Judex in simili casu quandoq; etiam ad ultimum supplicium procedere potest; modo concurrant ea, quae requirit novissimum Serenissimi Ducis rescriptum de Anno 1658. d. 1. Mart.


11


cum † quo fere convenit Edictum Henrici II. Gallianum Regis, qui lege lata, 4. Martii, 1559. sancivit, ut quae gravitatem partumve celasset, neque alterutrius testationem aut de edito foetu seu vivo seu mortuo proferret, si eum sacro lavacro justisq; exequiarum privatum probationibus constaret, de illa tanquam parricidii rea ultimum supplicium sumeretur. Thuan. *lib. 13. histor. Sand. d. defn. 3. in fin.*

Et tantum de propositis observationibus criminalibus.

Restant quidem plures, sed nobis non licet
nunc esse prolixioribus.

SOLI DEO GLORIA.






754928

(X 2618587)

17 17







Farbkarte #13

B.I.G.



FERENTIAE
NIS ET WÜRTEMBERGICI,

CAUSIS MINALIBUS,

inlichen Sachen /

Quas

OSPIRANTE GRATIA,

P R Æ S I D E

NG-ADAMO Lauterbach /

J. D. & P. P.

*placidaque collatione
examinandas,*

Collegii Auditorio,
proponit

ch von Münchingen /

*Ad diem 9. Augusti,
horis matutinis.*

UBINGÆ,

ANN: ALEXANDRI CELLI,

ANNO M. DC. LXI.